Quesum est ex parte tua, si commutations fieri valeant præbendarum; cum commutatio dignatum in Turonensi concilio fuerit interdicta. Sunt enim quidam qui præbenda sua cedunt, & iuri renunciant, ut maiorem præbendam obtineant, vel ut hoc certam summam pecunia consequatur, quod pudem honestati est contrarium, & simoniacam præculdubio continet prauitatem. Generaliter itaque teneas, quod commutations præbendarum defier non possunt, præsertim cum pactione præmissa, que circa spiritualia vel connexa spiritualibus labem continet semper simoniae. Si autem Episcopus causam inspicerit necessariam, licet poterit uno loco ad alium transferre personas: ut quæ unius caminus sunt utiles, alibi se valeat utilius exercere.

Vrbanus hic Tertius vno duntaxat intermedio Lucio 3. mox Alexandrum III. secutus successor; qui quod ab Alexandre constitutum fuerat in illo Concilio Turonensi paulò superius memorato de non permutadis dignitatibus ecclesiasticis, id ipsum generaliter de Præbendis vel beneficiis omnibus ecclesiasticis (præsertim pactione præmissa) permutandis constituit: permissa tamen Episcopis potestate transferendi personas ecclesiasticas in alium locum si causa subsit idonea. Præfuit autem Vrbanus is Apostolicæ sedi ante annos iam præcessit quadringentos, cum Synodus illa Turonensis viginti circiter annis antè fuisset celebrata,

38  
Argumētum  
huius Capit.

39  
Tempus.

brata, nempe sub annum Christi millesimum  
centesimum sexagesimum quartum sicut ad Si-  
geberti Gemblacensis Chronica videmus ad-  
notatum. Reperit itaque nobis hoc permutationum  
beneficialium ius primū Gallia, cuius  
mali mores per tēpora planē schismatica (dum  
alij Clericorum Frederico Imperatori in ecclē-  
siam catholicam s̄euienti, alij falsis adhārete  
Papis, alij legitimo suo coniūngi desiderabant  
Pontifici videlicet Alexandro III.) bonarum  
constitutionum harum primam dederunt oc-  
casione. Contextus integer ex editionibus  
antiquis erit examinandus.

Ait Pont. *Commutationes Præbendarum.* Per-  
mutationem dicas an commutationem nihil  
refert, res est eadem, quam vel definire vel de-  
scribere nihil attinet, cùm satis nota sit ex iure  
ciuili l. i. ff. de rerum permuat. quia & ex  
apertissima per se vulgoque notissima vocis  
acceptione, rei scilicet pro re datione. Quan-  
quam semper meminisse debemus ac mordicus  
retinere, id quod ex eadem l. i. fere de prom-  
ptum Pontifex inculcat alibi, Permutationem  
inter contractus bona fidei computari neque  
cum alio quam cum Domino vel cum eo qui  
habebatur loco Domini legitimè posse cele-  
brari. c. cùm venerabilis. vers. ad hæc. in verb.  
cùm permutatione. de except. Quo ex funda-  
mento non paucarum dependet questionum  
grauissimè controuerti solitarum resolutio-  
quarum princeps & prima sit hæc, An ex cau-  
sa permutationis resignari beneficium possit

<sup>40</sup>  
Occasio pri-  
marū permu-  
tationum be-  
neficialium ē  
schismatibus.

<sup>41</sup>  
Permutatio  
quid.

Comment. in c. quæsum. de rer. perm. 17

licui tali qui nullum prorsus habeat beneficium quod vicissim reddat. pone, quod frequenter accidit, obtingere cuiquam beneficium aliquod pinguis quam sit illud quod nunc habet, aut alioqui desiderare beneficium quod amicum habet in amicum quempiam suum beneficis omnibus destitutum vel alias inopem transferre, quod quia facilè præuidet efficere non posse per aliam viam quam per ius permutationis (cum neque collator ipse sit, neque a collatoris voluntate multum speret si simpliciter beneficium resignaret ac amicū dum tantum commendaret, neque semper Pontifex immode possit adiri qui resignationes in favorem quæ dicuntur solus admittere potest) a quale capiat cum amiculo illo suo consilium, resignat cum consensu collatoris ordinarii suum beneficium ex causa permutationis a amico illo suo peragendæ. amicus iste vicissim resignat vel se resignaturum dicit beneficium tale vel tale quod nominat, quod tandem non est, cum nullū prorsus habeat. ita confert ordinarius huic beneficium illud altero resignatum. Quæritur an canonica legittima iustæ sit hæc permutatione, vel canonicus ad beneficium hoc ingressus vel regatique beneficiorum adipiscendorum via. Respondet Petrus Rebiffus in sua praxi beneficiorum parte 3. tit. de permuat. nu. 14. & 15.

b præsta-

42  
An valeat  
permutatio  
beneficij cum  
non habente  
beneficiis  
quod vicissim  
recipiatur.

43  
Rebuffus re-  
futatus.

praestari per compermutantem. vocatque me-  
dium hoc subtile quidem sed iustissimum, ne  
fraudem committant ordinarij scilicet in con-  
ferendo beneficium hoc alteri quam cui resi-  
gnans conferri volebat. nam si dedi tibi rem ex  
causa permutationis, & postea nolim ego sum  
sed sim contentus eam tibi dare vel ut eam quo-  
que retineas, non sit irrita propter hoc permu-  
tatio d.l. 1. π. de rer. permuat & ibi DD. ita nec  
infringitur (inquit) beneficij permutatio, si  
pars non conqueratur; quia si partes sint con-  
cordes quid ad iudicem? l. 1. §. inde queritur,  
π. de oper. noui nunciat. Sed exitialis est hac  
profecto sententia vereque Saturnina, menti-  
bus ac animis pernitiosissima, quæ cuncta &  
iuris huius & æquitatis fundamenta subuentit,  
ideoque vero Iuris consulto viroq; bono prot-  
fus indigna. miror equidem vehementer & in-  
digne fero viri tanti cœcitatem tantam atque  
tam crassam. quid? an Permutatio vel erit vel  
dicetur ubi nihil est cum quo permuteatur? per-  
mutatio fit rei pro re, nec aliter vel nomine per-  
mutationis esse poterit vel contractus esse per-  
mutationis. vetus est verissimumque prouer-  
bium, simia semper manet simia quantumlibet  
induatur purpura, nec enim possunt contrahen-  
tes peruertere proprias contractuum substi-  
tias atque naturas, ut variis in locis virtuose  
iuris responsum reperitur; siue de deposito, si-  
ue de societate, siue de locatione conductione,  
siue de quibuslibet aliis contractibus tam no-  
minatis quam innominatis quæratur, siue de

Comment. in c. quæsum. derer. permut. 19  
precario siue denique de quocumque rerum  
contrahendarum genere. l. i. §. penult. & Lu-  
sus. π. depositi. l. si non fuerit in fin. π. pro  
mo. l. ex conducto. §. Papinianus vers. sed  
iz. Locati. l. insulam. π. de prescript verb.  
cum precario. π. de precar. de vsuris quoque  
utiliter D. Ambroſius ita loquitur, quod  
cumque accedit sorti vsura est, & quod velis  
omen ei imponas vsura est. c. plerique. 14. q. 3.  
& ego dicam, si te beneficium permutare  
cum beneficio quod compermutanti scis  
scallum, permutatio non est, sed vel est si-  
namia vel donatio vel gratificatio vel simile  
ad omni iure tibi prohibitum, quocumque  
indem vocabulo negotium istud tuum desi-  
care vel cohonestare contendas. deinde præ-  
cūm aliorum hac in re criminum perpetra-  
tum simulationis & mendacij sortassis  
cum scelus apertissimū, fraudulofissima simul-  
tudinariis collatoribus iniuria per istiusmo-  
permutations fictas, vt qui iure suo liberè  
preferendi callidè & insidiosè defraudantur  
et homines istos qui successorio quodam vel  
reditario quasi iure sanctuarium Dei possi-  
te moliuntur cū impiis illis & Atheis rerum  
sanctarum profanatoribus & vniuersi populi  
Dei sanctæque legis ac disciplinæ violatoribus,  
nos detestatur & abominatur Propheta Rex  
Iullo psalmo vehementissimi zeli plenissimo  
nas initium Deus quis similis erit tibi? Nec  
profaciunt ad rem argumenta Rebuffi; quan-  
quidem quod ait compermutatēm qui con-  
b ij tra-

tractum à patre sua impleuit posse com-  
mutanti parcere vel ab eo nihil vicissim re-  
pere, cùm possit vñusquisque iuri pro se in-  
troducto renunciare nec volenti fiat iniuria,  
verum quidem est si modò permutationis con-  
tractus ab initio perfici potuerit; sin minus,  
ex donationis quidem causa quod accepum  
est retineri potest, ex permutatione qua nul-  
la fuit non potest. nec vlla lex est qua Rebuf-  
fo in ea sententia suffragetur. atque beneficia  
ecclesiastica nequeunt ex causa donationis ab  
vno in alium transferri, sed legitimis i. ca-  
nonicis deferuntur collationibus vel aliis pro-  
visionibus. Quod autem subdit Rebuffus  
idem, si partes inter se conueniunt quid adiu-  
dicem? ineptè prorsus dicitur quando vel res  
in potestate contrahentium non est vel tertij  
cuiuspiam vertitur præiudicium, sicut in casu  
nostro beneficium non est in dispositione  
contrahentium immò grauissimum fieret præ-  
iudicium collatoribus ordinariis; ne quidin-  
terim nunc repetam de multiplici talis resi-  
gnantis alio præterea scelere huic resignatio-  
ni interueniente iamque satis inculcato. Me-  
dium igitur hoc Rebuffi non subtile, sicut il-  
le putat, sed crassissimum, non iustissimum  
sed iniustissimum & impiissimum scelerati-  
simumque dici meretur, & ipsi quidem na-  
turæ substatiæque permutationis repugnan-  
tissimum. Rectius multò Papo, vir aliqui  
Gallus & Gallorum praxi vehementer addi-  
ctus, tamen agnoscit ingenuè, beneficium

cum

cum non beneficio permutari non posse quan-  
cumlibet sit aliquid aliud quod vicissim loco  
beneficij reddatur, & ita curiam Parisiensem  
adicasse. lib. 2. Arrestor. tit. 7. c. 1. multò mi-  
us ergo posset valere permutatio beneficij  
um nihilo seu vbi nihil est quod vicissim loco  
beneficij reddatur.

Succedit hinc alia quæstio magis dubia, de  
permutatione beneficij pinguis immò pinguis  
44 Pinguis be-  
nem cum beneficio macilento seu tenui qui-  
tatio cum te-  
mò si sic liceat loqui tenuissimo. pone  
num valeatne.  
Homericam Glauci & Diomedis permutatio-  
num sexto Iliados.

Xερτα Χαλκείων ἐκατόμβοι ἐννεαζοίσιν.  
que stulta quidem sed iure tamen haud im-  
probata creditur permutatio; cuius meminit  
uniusconsultus in l. 1. π. de contrahend. em-  
pia. & vend. quam significat & Iustinianus in  
l. §. diuersæ scholæ authores. Institut. de  
empt. & vendit. Nostri beneficiales practici  
ratis hanc in locis mouent quæstionem, ac  
inter cæteros insignis ille Ludouicus Gome-  
sus in regulam Cancellariæ de infirmis resi-  
gnantibus quæst. 19. quæ est de permuta-  
tione beneficiorum imparium. vbi notar  
obiter, permutationem beneficij cum non  
beneficio, sicutam scilicet istam de qua præ-  
cedens erat quæstio, vocari vulgo permu-  
tationem beneficij cum beneficio de pertica;  
proverbiali scilicet sermone, pro beneficio  
vel nullo vel quod compermuntantis planè  
non est. Causa dubitandi de quæstione modò  
b ij propo-

45 Beneficiū da-  
pertica; cui nō  
ab simile be-  
neficiolum quod  
vulgo nunc-  
cupatur E-  
quis con-  
ductitius,  
de quo paulò  
pōst.

22 De Sat. perm. benef. iure.  
proposita satis est eidens, quia licet hic re-  
ra res utrumque interueniat, & permutatio ve-  
re nomen suum tueri possit, fraus tamen sub-  
esse videtur aliis, aliis non videtur. Permuta-  
tionis nomen si spectes, omnia sunt protinus  
alba nihilque subest vitij; sin imaginariam po-  
tius beneficioli (quod vel patui vel nullius est  
fere momenti) redditionem consideres, in su-  
spitionem res grauissinam cadit meræ gratifi-  
cationis atque donationis aut liberalitatis aut  
etiam successionis, in huiusmodi rebus ecclæ-  
siasticis prohibitæ propter causas abunde de-  
claratas. Itaque si senex quispiam cilicenus  
aut capularis opimo prædictus beneficio cum  
nepote suo tenuissimum habet beneficium  
permuttererit, quotusquisque non suspectissi-  
mam haberet huiusmodi permutationem; sin  
inter pares ætate vel alioqui non coniunctos  
permutatio talis fiat, & quorum industria ma-  
nifestè videatur alibi futura ecclesiis utilior, si  
videlicet alter in alterius locum transferatur,  
vel hoc ille vehementer desideret qui benefi-  
cium reddit maius (in patria fortasse sua luben-  
ter ac suauiter vieturus) inæ qualitas valoris be-  
neficiorum permutterandorum sola, nihil pror-  
sus vitij plerisque videtur adferre permutatio-  
ni; neq; præsumptionis alicuius malæ (de frau-  
dādo scilicet ordinario collatore vel alio quo-  
cumque) satis idoneum per se esse argumen-  
tum hanc beneficiorum commutandorum in  
æ qualitatem. Reperiuntur in hanc sententiam  
densiones aliquot ipsius Romanæ Curie lea-

Comment. in c. quæstum de rer. permut. 23  
iudicium Rotæ ; nimirum decisio 2. de præ-  
sumpt. in antiquis. decisio 2. de rer. permut. in  
antiquis. decisio 2. & vlt. de rer. permut. in  
antiquioribus. Doctorū præterea nostrorum  
conformibus opinionibus accendentibus in c.  
1. de cler. non resid. & Gaufredo qui vulgo di-  
citur Collectarius ad hoc nostrum cap. nu. 23.  
Titillauit hæc opinio posteritatem tam vehe-  
menter, vt iam nihil ferme sit permutationibus  
istis frequentius. Attamen suspectissima mihi  
quidem certè semper hæc fuit sententia quoad  
membrum distinctionis posterior. nam nemo  
presumitur velle decrescere vel Glauci stulti-  
tiam imitari d.c.i.s. de cler. non resid. id quod  
& Nicolaus Euerardus in locis legalibus vbi  
de communiter agit accidentibus nu. 7. breui-  
ter in hac eadem quæstione probat. Vnde præ-  
sumendum est, aliquid semper hulceris in ani-  
mis ita permutantium latere, vel pecuniis ni-  
mitum vel pactionibus interuenientibus, quod  
est simoniaicum, vel ad amico liberaliter grati-  
ficandum collatoribus ordinariis iure suo de-  
nodatis, quod est iniustum. Quanquam præ-  
sumptio hæc præsumptione contraria elidi po-  
tent si causæ quæpiam appareat iustissimæ, cur  
quis beneficium alterius tenue videatur meritò  
preferre suo pingui. quod est rarissimum. Fa-  
tentur autem saniores omnes quotquot hac  
de quæstione disputant, inæqualitatem bene-  
ficiorum permutandorum vehementer ma-  
gnam, pluribus præsertim coniecturis acce-  
dentibus, efficere ut permutatio fiat suspecta

b iiiij redda-

24 *De Sat. permut. benefic. iure.*

46 Quid si magna vel etiā maxima sit beneficiorum permutando. rum inaequitas.

reddaturque nulla, veluti si ne vel pro tertia quidem parte beneficium vnius compermutantis respondeat prouentibus & emolumen- tis beneficij compermutantis alterius. quo pertinent elegates duæ decisiones Rotæ apod Thomam Fastolom. nimisrum causa 6. dub. 11. & causa 31. dub. 60. Et hoc est quod Gaufridus loco superius memorato dicit, permutationem beneficij tenuis cum pingui valere nec fraudem posse impingi nisi cum omnia essent notabiliter (vt loquitur) inaequalia. solam scilicet inaequalitatem beneficiorum permutandorum, quantumvis magnam, non putant ad suspicionem fraudis inducendam sufficere, sed & ætatis inaequalitatem & personarum permutantium coniunctionem requirunt ad fraudem presumendam. dico fraudem: quantumlibet enim nihil interueniat forre simoniacum, fraus tamen semper fit ordinariis collatoribus, quæ toleranda non est: adèò ut fructuum ex tali beneficio perceptorum restitu- tioni sit obnoxius quicumque sic eos frau- dulenter percepit, exemplo eorum qui dum vitæ clericalis propositum non habent, be- neficia nihilominus ecclesiastica possident, vt his dirati postea querant ac ducant vxores c. commissa. de elect. lib. 6. debet nempe fraus & à beneficiorum permutationibus abesse c. vnic. de rer. permuat. in 6. in verbis liberè ac sine fraude de quibus ibidem pleniùs paulò pòst agemus ordine suo. Sane si tanta sit inaequalitas beneficiorum permutandorum

47 Fructus ex be- neficio frau- dulenter ac- quisito perce- pto esse resti- tuendos.

quanta fuit in permutatione Glauci & Diomedis, hoc est ut ne pro centesima torte vel millesima quidem parte beneficium vnum alteri respondeat, vt si cum beneficiolo viginti vel etiam decem duntaxat florenorum annorum permutetur beneficium quod sexcentorum vel nongintorum est annorum similium florenorum, equidem, sine vel conjecturis vel præsumptionibus vllis aliis auctatis inæqualis aut consanguinitatis aut affinitatis vel alterius cuiuscumque coniunctionis, ex ea sola nudaque beneficiorum inæqualitate tanta permutationem censeo non valere, vt ac tanquam verè imaginariam quæ-

48  
Imaginaria  
beneficiorum  
permutatio,  
vbi benefi-  
ciolum nul-  
lius penè mo-  
menti recipi-  
tur pro pia-  
simismo me-  
ximoq.

venummo videatur inita vnicō, id est re vicissim præstanta quæ penè sit nihil. quod eidens est arguimentum latentis anguis in herba seu fraudis geminæ, tum simoniacæ nimirum tum ordinario collatori præiudicantis & iniuriosæ, vel vt minimum postenotis huius vt maximè Simon Magus in fabula non fuerit. Iuris est enim notissimi venditiones vel alias alienationes quæ fiunt in fraudem iuris animo donandi, (quando donatio non est permissa) nullius esse momenti. l. vir vxori. 17. ff. ad SC. Vellian. l. si quis donationis. 28. in fin. π. de contradictione. empti. & vendit. l. si sponsus. 5. §. circa venditionem. π. de donat. inter vir. & vir. l. penult. π. de leg. Iul. repetund. quam omnino fraus & in imaginariis huiusmodi beneficiorum permutationibus evidenter

b v con-

conspicitur, cùm beneficia non donationibus eadem possidentium sed canonicis & instis deferantur collationibus atque prouisionibus. planè contractus imaginarij, quantumlibet absque fraude facti, tamen veri non sunt neque vires habent, siue venditio siue locatio siue societas siue quilibet aliis inspiciatur contractus. l. nuda & imaginaria. 55. d. l. si quis donationis. l. cùm in vēditione. 36. π. de contrahendi empt. & vend. l. qui per collusionem, 49. ff. de act. empti. l. sicut emptio. 20. l. si quis conduxit. 46. π. locati. l. sociates, §. in fin. π. pro socio. l. si quis ante. 10. ff. te acq. vel amitt. possess. l. contractus imaginarij. 54. ff. de obligat. & act. l. imaginaria. 16. π. de reg. iur. l. empti fides. 9. C. de contrah. empi. & vend. certis tamen rebus expediendis venditio nes imaginariæ solent adhiberi quod aliter commode negotium non posset expediri cum tamen id expediti vel summa desideret aquitas (vt in l. si ususfructus. 66. ff. de iur. dot.) vel alioqui prisca rituum Romanorum ratio postulet, sicut olim in emancipationibus atque testamentis & fideicommissis. §. præterea. Institut. quib. modi ius potest. soluitur. §. l. Institut. de restam. ord. §. restituta. & ibi Theophil. Institut. de fideicom. heredit. At, inquis, in permutatione proposita non unus tantum numerus interuenit vel beneficiolum quod unius dumtaxat est numeri vel assis, cùm florenos aliquot annuos valeat; ideoque permutationem talem non esse prorsus imaginariam. d. l.

imaginaria. π. de reg. iur. Respondemus, pa-  
rum & nihil in iure nostro passim æquiparari. 50  
Parū & Ni-  
bil æquipa-  
rari.  
Illiud quoque 7. §. 1. vers. minus. π. de tribut.  
act. minus. 32. π. de verb. signif. quam in rem  
plures allegat auctoritates Corneus Cōsil. 38.  
lib. i. & Socin. consil. 108. volum. 1. Sicut ergo  
non potest esse cōtractus emptionis & vendi-  
tionis absq; pretio villo, neq; contractus loca-  
tionis & cōductionis absq; mercede vlla, neq;  
cōtractus permutationis absq; re vlla recipro-  
cē dāda, sic etiā non potest esse emptio & ven-  
ditio si nummus interueniat unus nulla ex par-  
te respondens æstimationi rerum vendenda-  
rum, neque Locatio & conductio si mercedula  
dūtaxat interueniat quē nullo modo potest cō-  
parari cum vſu rei locandæ, neque permutatio  
res ab altero detur quæ nihil penē sit ad rem  
ab altero datam. Quamobrem nugatorium  
censebuntur ita contrahentes actum celebrare  
voluisse arg. I. nō solum. 31. in fin. π. de oblig.  
& act. nisi donandi animo sic eos contraxisse  
constiterit, & ea donatio iure non prohibe-  
tur. l. 3. & d. l. empti. in fin. C. de cōtrah. empt.  
& vend. & d. l. si quis donationis. π. de con-  
trah. empt. & vend. quō facit & l. vlt. π. pro  
donato. Non tamen ex eo solo quod imaginaria  
tantum sit contractus præsumetur animus donandi, sed aliter erit probanda donan-  
di voluntas; vt optimè post alios adnotauen-  
t lason in d. l. si quis. 10. π. de adquir. vel  
mitt. possess. num. 25. & Hieronymus Ca-  
golus in d. l. imaginaria. π. de reg. iur. nu. 12.  
in fin.

51  
Animo do-  
nandi cōtra-  
ctus imagi-  
narius quan-  
do.

in fin. qua in re explicanda quidam Recētors  
infelicius versati fuisse depræhenduntur. Quo-

<sup>52</sup>  
Permutatio  
beneficiorum.  
imaginaria  
donandi ani-  
mo facta.

niam verò beneficia ecclesiastica donan-

queunt pro arbitratu possidētium, fit vt & so-

rū permutatio donationis causa fieri nequit.

Cæterum, si cum beneficiolo quod in titulum  
dari consuevit quodque sufficit alioquin si  
mediocriter sustentandam hominis ecclesiasti-

ci vitam permutetur liberaliter beneficiū pin-

guissimum, non ausim permutationem talen-

quasi vel imaginariam vel fraudulentam repa-

bare vel ex hac inæqualitate sola suspectam ha-

bere quātumlibet Glauci & Diomedis permo-

tationi vicinam. Cur enim benignitas cōper-

mutantis improbetur? cur bonitas, cur liben-

titas, cū nullius vel fraude vel iniuria cōiuncta

fraudes improbamus, benignitatē commende-

mus. Monēdi sunt hic obiter ordinarij beni-

ciorū collatores ne promiscuè beneficiaria-

lia, quasi cōductios equos quosdā, beneficia-

libus istis nundinationibus inseruire patiātur.

<sup>54</sup>  
Beneficiola  
que vulgo  
nuncupantur  
Equi cōdu-  
ctitij neser-  
viant istis non  
dinationibus.

Ex his non difficulter constitui potest quo-

nam de beneficiorum permutatione tali sit sen-

tiendum qua permutātes ita sunt animo com-

parati vt postquam alter eorum alterius bene-

ficiū acceperit, alter vicissim alterius bene-

ficiū non recipiat sed alter vtrumque retine-

altero videlicet alteri lubenter gratificant,

nulla tamen interueniente, dum permutatione

contractus iniretur, pactione vel conuēcio-

ne vlla expressa de non vrgenda permutatione

implectione. Res exemplo sicut illucritor. Quid-

da  
ftio  
vac  
cui  
eid  
dic  
nel  
ne  
co  
can  
ver  
ret  
me  
tan  
ter  
B,  
sol  
(si  
be  
fib  
ne  
pe  
le  
te  
qu  
be  
re  
or  
su  
ob  
ni

da

dam A mediocre possidet beneficium ecclesia-  
sticum: B tenuē quoddā habet beneficiolum: non impleat  
sed utrumq[ue]  
vacat aliud beneficium  
vehementer opimum, retineat.  
cuius collator ordinarius id optaret conferre  
eidem A si modò eiusdē A beneficiū illud me-  
diocre deriuatū foret in eundem B citra bene-  
ficioli quod iam habet amissionē. Sed quia be-  
neficium illud illius A nō pertinet ad collatio-  
nem huius collatoris at alterius alicuius, res per  
collatorē hunc (vtriq; tam A quām B gratifi-  
cati desiderantem) confici non potest. quod si  
verò A beneficiū illud mediocre suum resigna-  
ret in manus ordinarij sui collatoris eiq; com-  
mendaret hunc B, collator ille, præterito forsi-  
tan illo B cōferret illud alteri cuipiā. quid ergo  
remedij? simulat A permutationis causam cum  
B, vel etiam re ipsa permutationis cōtractum  
solemni more cum B init, sed ea tamen mente  
(sicut dictum fuit) vt p̄stquā B acceperit hoc  
beneficium, A nō sit desideraturus vt vicissim  
sibi permutatio impleatur quoad alterius be-  
neficioli redditionem per B. Proculdubio talis  
permutatio tanquam vel simulata vel fraudu-  
lenta viribus destituetur. quandoquidem qua-  
tenus est simulata nō potest esse vera sed minus  
quām imaginaria (simulatum scilicet nihil ha-  
bet veri sed imaginarium saltem aliquid habet  
veri) quatenus est fraudulenta iniuriam adfert 56 Simulatum &  
imaginarium  
differunt.  
ordinario Collatori: itaque priore casu pro-  
lus erit nulla, posteriore erit iniusta. Quam-  
obrem alia ratione cōsulendum fuerit huic B,  
nimirū vel per collatoris ordinarij sp̄otaneam  
volun-

30 voluntatem, vel, illo recusante, per Summi Pontificis operam. Sanè si seriò vereque fuerit celebratus permutationis contractus, hoc est ea mente ut vicissim beneficium pro beneficio redderetur, sed post impletam ab altero permutationem tunc demum is qui eam implevit alteri remiserit eius impletionē, verius est hanc remissionē non improbari cùm nihil vñquam fraudis interuenierit contra collatorem ordinariū, atque liberum sit vnicuique iure suo non vti. sufficit enim cōtractum ab initio substitisse. Quemadmodū & in emptione ac venditione si de certo pretio cōuenerit ab initio, postea autem perfecto iam contractu pretium remittatur, contractus emptionis & venditionis nihilominus valebit & perdurabit, vt & alij contractus; quia propter hanc remissionē non censebuntur imaginarij sed quoad cætera nihilominus ex iis agetur d. l. empti. C. de cōtrah. empt. & vend. l. circa locationes. 19. C. de locat. & cond. l. si tibi habitationem, 5 ff. locati. vbi si domus locetur & mox pēsio remittatur, nihilominus ex locato & conducto agendum esse respondet Ic. Attamen in beneficiorū permutatione remissio talis alium potest ac meritò debet animo remittētis gignere scrupulum seu coaggregationis seu accumulationis seu coaceruationis seu multiplicitatis seu pluralitatis (vt cum nostris loquar) beneficiorum fouendæ; cuius mali per huiusmodi remissionē fieret auctor & comprobator huiusmodi compermutator tam liberalis, contra iuris omnis etiam

57  
Quid si con-  
trahentū al-  
ter alteri re-  
mittat con-  
tractus im-  
pletionē, post  
contractum  
iam initum.

58.  
Pluralitas  
beneficiorum  
quando per-  
missa.

*Comment. in c. quasitum. de rer. permut.* 31  
etiam nouissimo Concilio Tridentino reno-  
vati rationem. c. Reformationis 17. sess. 24.  
nisi tam tenue fuerit vnum beneficium ut ad  
vitam eius cui confertur sustentādam non suf-  
ficiat. quo casu permittitur aliud adhuc sim-  
plex beneficium sufficiens, dummodo vtrum-  
que personalem residentiam non requirat, ei-  
dem conferri. Sed nō moueamus hanc in præ-  
sentia quidem Camarinam. de qua præclarè  
multa post D. Thomam Dominicus Soto li. 3.  
de instit. & iure. quæst. 6. art. 3. nostrique DD.  
ad c. de multa. s. de præbend. narrat Author  
fasciculi temporum, Anno Christi 1238. vehe-  
menter solemnē Parisis habitam fuisse dispu-  
tationem contra pluralitatem beneficiorum,  
ibique per sanctos doctores determinatum  
fuisse, Neminem sine periculo peccati morta-  
lis posse tenere duo beneficia quorum alterum  
sufficeret ad vitam sustentādam; quosdam ve-  
to qui secus opinati contrarium fecissent, di-  
uinæ iustitiæ flagello diuersis in locis horribi-  
liter punitos. Cuius rei meminerunt & Chro-  
nica Francorum, & liber primus Apum Tho-  
ma Cantipratensis cap. 19. & Iacobus Meie-  
rus lib. 8. Annalium flandriæ, & nouissime  
Arnoldus Pontacus in sua Chronographia sub  
Pótificatu Gregorij noni harum Decretalium  
auctoris, ad eundem annum 1238. Sed horum  
fatis; ad ulteriora tandem pergamus.

Ait Pont. in Turonensi Concilio. de quo dixi-  
mus in Proœmio nostro ex Concilio Latera-  
nensi sub Alexandro III. & ex c. maioribus. s.  
de præ.

59

*Parisiensium  
Doctorum de  
beneficiorum  
pluralitate  
definitio.*

32 De Sat. perm. benefic. irre.  
de præbend. ne quid otiosè nunc repetamus.

Ait Pont. In supplemento textus integri; Sunt  
enim quidam qui præbendæ suæ cedunt & iu-  
ri renunciant, ut maiorem præbendam ob-  
tineant vel ex hoc certam summam pecunia-  
consequātur: quod quidem honestati est con-  
trarium, & simoniacā proculdubio continet  
prauitatem. hactenus illud supplementū, quod  
scrutit nobis non solum ad intelligendum quā-  
nam vel qualis fuerit pæctio de qua loquitur

60 contextus reliquus, verum etiam ad perspicien-  
dam permutationis beneficialis inhonestatem  
quantulibet alia pæctio pecuniaria nulla prot-  
rus interueniat sed ad acceptādum beneficium  
aliud maius (quod aliud fortassis offert va-  
cans) ea fiat resignatio. nam dum necessitas ad  
beneficium resignandum compellit (eo quid  
plura simul haberi temerique nequeant bene-  
ficia secundum ea quæ paulò superiùs brevissi-  
mè diximus) resignatio talis in manus ordina-  
rij Collatoris fieri meritò debebat simpliciter,  
neq; permutationibut istis gratificatoriis esset  
indulgendum; prout ex variarum quæstionum  
superiùs disputatarum decisione patuit. quas  
quidem quæstiones & hæc de maioribus præ-  
bendis obtainendis clausula non nihil illustrat,  
quatenus videlicet inhonestū dicitur esse pro-  
pterea præbendas minores ex causa permis-  
tionis missas facere; cùm potius essent simpli-  
citer (vti modò dicebatur) apud ordinarios re-  
signandæ; vt pote quorum est pro sua religione  
suoque iudicio conferre præbendas, & non  
istorum

Comment. in c. quæsum. de rer. permut. 33  
itorum possessorum pro libito suo suis grati-  
ficari vel sociis vel amiculis vel nepotibus bo-  
na pauperum tum clericorum tum cæterorum  
fortasse nepotaturis & inutiliter luxurioseque  
dilapidaturis.

Ait Pont. generaliter itaque teneas quod com-  
muniones prebendarum de iure fieri non possunt.  
Generaliter, id est pro regula generali. cuius  
regule ratio multipliciter patet ex nostro pro-  
emio, & abs qua regula subditur mox ex-  
ceptio.

Ait Pont. præsertim cum pactione præmissa.  
Non temere nec otiosè videtur posuisse Pon-  
tificis illud præsertim. quandoquidem & sine pa-  
tionibus aliis vallis pecuniariis vel de pecuniis  
addendis permutatio beneficiorum per se se-  
cula in honestam continet nudinationem iuxta  
superius in proœmio tradita, nisi consensus ac-  
cesserit Episcopi; quemadmodū sequitur. Sed

61  
An simonia-  
cū sit permu-  
tare beneficia  
sine consense  
Episcopi.

acquid & hic simonia latet, in permutatione  
sumirum quæ fit absque cōsensu quidem Epi-  
scopiam tamen pecuniis non interuenientibus?  
Et alane videtur bono illi doctori Martino na-  
turaliter in suo manuali confessariorum c. 23. nu-  
m. 100. in illatione tertia ex definitione declara-  
tioneque sua simoniæ. quoniam per huiusmo-  
di permutationem quis vult dare (inquit) vel  
vicare aliquid pro quærendo aliquo spirituali  
in quoddam pretium vel causam principalem  
et immediatam quæredi illud licet non sit pe-  
culia vel pecuniis æstimabile, ut palam est;  
quamvis licet sit, si fiat auctoritate superioris;

c quia

34 De Sat. permūt. benefic. iure.  
quia id iure permittente fit. Sic ille. cuius tamen  
opinio durior paulò quibusdam videri posset,  
neq; satis apertè per capitula hæc nostra quin-  
que quæ suscepimus interpretāda probari. nec  
per alia etiam vlla denique iura. Sanè locus hic  
de pactione loquens præmissa quæ labem con-  
tineat semper simoniaæ, de pecuniaria videtur  
pactione sumendus, cùm & alias beneficiorum  
permutationes absque tali pactione præmissa  
factas generaliter improbet neque tamen illuc  
simoniam semper esse præ se ferat. Cæterū nos  
id oportuniūs mox edisseremus ad cap. Cum  
olim. vbi de resignatione quæ fit in merum fa-  
uorem, de que beneficiorum permutedorum  
inæqualitate pecuniis pensanda simul disputa-  
bitur occasione permutationis beneficialis au-  
toritate propria factæ, qua de illuc agitur:  
quandoquidem in hoc præsens capitulum pos-  
femus videri iā fuisse fortassis æquo longiores.

62 Ait Pont. circa spiritualia vel connexa spri-  
*Spiritualia*  
*vel spiritua-*  
*libus conexa.* tualibus. Quænam propriè spiritualia dicantur  
quæ verò connexa spiritualibus, latè prosequi-  
tur ex D. Thoma cæterisque Scholasticis te-  
doctoribus idem Nauarrus eodem c. 23. n. 99.  
quam nos explicationem inde repetendam ad  
titulum de Simonia reiicimus.

Ait Pont. Si autem Episcopus causam inspe-  
rit necessariam &c. necessaria causa non excludit  
utilem. sola nempe sufficit utilitas euidens ec-  
clesiæ permutationibus admittēdis arg. cuncta  
tationes. vers. non enim transit. in verb. aor. v.  
tilitate loci vel populi. cum seqq. cc. 7. g. 1. Sed

Comment. in c. quæsum. de rer. permut. 35

Sed ecquid sola solorum permutantium sufficit utilitas? Ita videtur; quandoquidem causam translationis personarum hoc loco sufficere videmus hanc, ut qui vni loco minus sunt viles alibi se valeant utilius exercere. quod vel validinis alibi melius tuendæ vel amicitiarū sanctorum alibi & facilius comparandarum & felicius fouendarum ratione frequenter accidit. idipsum & ex c. Cùm vniuersorum. in verb. utilitatī utriusque. hoc tit. satis apparet. Nec enim Pontifex hoc loco de solius ecclesiæ vel utilitate vel necessitate loquitur sed in genere de necessitate vel utilitate, siue sit utriusque communis tam ecclesiæ quam personæ, siue soli ecclesiæ, siue soli personæ, peculiaris ac propria. Quanquam necessitas vel utilitas ecclesiarum proculdubio vel maximè spectanda venit, ut ex procœmio nostro constituit. Adeò ut & inuidubinde transferatur; siue permutationibus minimè spontaneis interuenientibus, ita potissimum videlicet ecclesiarum necessitate, siue visus atque rationibus aliis; ut omnes plerique Doctores hic attingut. De priuata certè potissimum personarum loquebatur utilitate Isidorus, cùm diceret mutationem loci cōuerfis interdum valere pro salute suæ animæ: plerique enim loco mutato mutari metis affectum. congruum itaque esse inde etiam corporaliter nulli ubi quisque illecebris deseruiuit, nam locum ubi quisque prauè vixerit in aspectu mentis apponere quod saepe ibi quisque cogitauit vel gessit. c. valet interdum. dist. 81. Quid si de c. ij loco

63  
Sola solorum  
permutatiunc  
utilitas an sit  
causa suffi-  
cientis ad per-  
mutationes  
admittendas.

64  
Inuita permu-  
tatio transla-  
tioq. e

65  
Mutatio loci  
subinde permu-  
tilis ac necef-  
saria.

36 De Sat. permut. benefic. iure.

66  
Permutatio  
benficiorum  
eiusdem Ec-  
clesie an pro-  
pria fieri pos-  
sit auctoriti-  
tate.

loco mutando non agatur, sed permutatio be-  
neficiorum fiat in vno eodemque loco & qui-  
dem in vna eademque ecclesia? putat Innocen-  
tius 1111. permutationem talem auctoritate  
propria fieri posse, si modò nullum sit onus di-  
spar beneficiis his permutandis annexum sed  
eo dē censeantur iure; quasi tunc alienatio nul-  
la fiat. arg. l. vnum ex familia. 67. π. de leg. 1.  
Quam sententiam recte refellunt alij, propterea  
quod spiritualia vel spiritualibus annexa per  
per priuatos in commercium deduci nequit:  
Innocentij tamen sententiam defendi posse si  
non tituli beneficiorum sed ipsa prædia sepa-  
ratim singulis beneficiis applicata permuten-  
tur inter eiusdem ecclesię canonicos. quæ limi-  
tatio ratione non caret, quia propriæ benefi-  
ciorum permutatio non esset. Illud in genere  
monendum videtur ex Ioannis Andreae in huc  
locum Nouella, propter solam solorum permu-  
tantium utilitatem permutationes parvorum

quidem beneficiorū non difficulter admitten-  
das esse, sed permutationes magnorum benefi-  
ciorum seu magni in ecclesia momenti non ni-  
si propter ecclesiæ vel necessitatem vel utilita-  
tem vel certè vix aliter esse recipendas & ap-  
probandas. At receptui tandem canamus.

CAP. CVM OLIM. 7. de rer. permut.

Innocentius III. Senoñ. Archiepiscopo-

68  
Integer con-  
textus cap.  
cū olim.

C Um olim magister S. & B. archidiaconatum  
& præpositoram adinuicem commutauisse,  
magistri eiusdem obtenuit causam super hoc in-

Comment. in c. cùm olim. de rer. permut. 37  
memoria Nasconen. Episcopo duximus delegan-  
dam. cùmque idem B. ad presentiā nostram post-  
modum accessisset ut in negotio sine suspitione pro-  
uderet, obtentu ipsius dil. fil. Abbatem Clunia-  
cum eidem Episcopo duximus adiungēdum. verūm  
cùm propter abbatis absentiam non fuisset à delega-  
ti pariter ipsis in causa processum, vtraque par-  
tium se nostro cōspectui presentauit & audientiam  
obtinuit coram nobis. Et licet prædictus magister ab  
initio sponte fuerit de permutatione confessus, idem  
tamen B. eam insiciebat omnino, proponens quòd  
ipse preposituram sine conditione qualibet resigna-  
re, & post resignationem prædicti magistri archi-  
diaconatū fuerat adsecutus; licet magister ipse pro-  
poneret ex aduerso; ipsum secū dinitius de permuta-  
tione tractasse & compleuisse, eandē in manibus ve-  
nerabilis fratris nostri Educens. Episcopi quod tra-  
nauerant posuisse. Verūm sapientius B. delegatis  
nostris non deferens, imo verius delegatis sigilla vio-  
lavit, & illorum scripta, qua nobis fuerant presen-  
tanda, non erubuit aperire. Ceterum in nostra pre-  
sentia constitutus aduersario suo presente in excu-  
sationem suam propriam proposuit corā nobis quòd  
indices perperam processissent contra ipsum, cùm  
etiam scriptis minus fideliter redigissent. vnde ti-  
mens ne literas portaret Uriæ, scripta illorum ap-  
pertinet, & quod suspicatus fuerat adinuenit. Sand  
iquid expediret melius notauisset, vel nō recepisset  
scripta suspecta, vel nobis fideliter retulisset & pra-  
sentasset & ostendisset causam suspicionis proposita-  
ram nobis. Præterea cùm non quereretur de indi-  
cione ei ex proprio motu concessimus sed de illo

c iiij potiūs

38 De Sat. perm. benefic. iure.  
potius quem ipse duxerat eligendum, & indices suas  
nobis literas per eum destinassent, de ipso pariter  
conquerentes, verbis ipsius fidem non duxiimus ad-  
bibendam: sed ut in eo saltē puniretur in quo pec-  
canit contra acta iudicūm que temere violata sp-  
sum sicut non debuimus sic nolumus exaudire, ne  
videretur ei dolus suus patrocinium attulisse. Cum  
ergo nobis constaret quod ipse suum praestiterit per-  
mutations concensum, predictus autem magister  
suum publicè fateretur errorem; & hunc preposi-  
tura, & illum archidiaconatu curauimus spoliare,  
super hoc definitiūam contra eos sententiam profe-  
rentes.

69 Argu. Cap.  
cum olim.

70 Rationes cur  
beneficiorum  
permutatio  
fieri nequeat  
auctoritate  
propria.

Locus hic est Innocentij Tertij, de cuius  
tum innocentia morum tum ætate qua floruit  
in proœmio nostro dictum sit satis. Argumen-  
tum Cap. minimè videtur obscurum; benefi-  
ciis nimis suis illos esse priuandos qui per  
propriam ea permutant auctoritatem. Facti  
species ex integro contextu suis complementis  
locupletato satis est clara. Ratio cur beneficio-  
rum permutatio fieri nequeat auctoritate pro-  
pria sollicitè queritur à nostris, ac varie reddi-  
tur à variis. Glossographus noster in voce de-  
finitiūam duas adfert rationes hasce; primò,  
1 quod beneficia non sint beneficiorū propria  
sed ecclesiæ solius, in usum dumtaxat no-  
dum ipsis concessa. Permutationem autem in  
rebus non propriis at alienis nullo modo sub-  
sistere l. 1. in fin. π. de rer. perm. Secundò,  
permutationem esse vicinam emptioni & ven-  
ditioni toto tit. π. de rer. permutat. atqui spi-  
ritualia

Comment. in c. cùm olim. derer. permitt. 39  
ritualia vendi non posse. c. querelam. totoque  
tit. de simonia. Tertiam subiungunt alij. ratio-  
nem, quod nemo possit semetipsum vel eligere  
vel presentare vel sibi metipsi beneficium con-  
ferre, c. vlt. s. de institut. c. per nostras. j. de  
iure patr. tales autem permutates id in effectu  
facere, dum alter ab altero beneficium accipit.  
Sed omnium clarissima rotundissimaque ratio 4  
reddi potest haec, quod iuxta perpetuam & in-  
violabilem iuris huius Pontificij regulam be-  
neficium ecclesiasticum non possit licite sine  
institutione canonica obrineri c. i. dereg. iur.  
in 6. quae quidem institutio canonica iure com-  
munii solorum est Episcoporum vel officialium  
ab Episcopis constitutorum, iure vero speciali  
aliorum subinde virorum est ecclesiasticorum.  
ex frequentibus. & c. cum venissent. s. de in-  
stitut. Ratio tamen Glossographi secunda coin-  
cidit in hanc modum memoratam iuris regulam;  
quandoquidem beneficiorum titulus est quid  
spirituale quod in commercium non cadit. c.  
dilecto. s. de praebend. quantumlibet ipsi pro-  
uentus ecclesiastici quiddam sint omnino tem-  
porale, dependens tamen ab hoc iure mere  
spirituali, quod ut principale spectatur. & ita  
quoque se se mutuo respiciunt praebenda &  
canonicatus vel canonia, sicut ius hoc frequen-  
tit loquitur; Canonia nimiri spirituale quid,  
praebenda vero tempore quid significante. c.  
cum M. Ferrariensis. s. de constitut. & alibi  
pallim.

Quae cum ita sint, facilius nobis reddetur  
c. iiiij huc

<sup>71</sup>  
Institutio in  
beneficia quo  
rum sit.

<sup>72</sup>  
Titulus bene-  
ficij quid spi-  
rituale,

<sup>73</sup>  
Præbenda  
& Canonia  
quatenus dif-  
ferant.

74

An Simonia.  
cum sit per-  
mutare bene-  
ficia sine con-  
sensu Episco-  
pi.

hūc reiecta decisio quæstionis ad præcedēs cap.  
propositæ motæq; de simonia, latéatne scilicet  
ista labes in permutatione beneficiorū facta ci-  
tra cōsensum Episcopi, nulla licet, interuenien-  
te pecunia. Certè Glossographus hoc loco do-  
ster ad vocem *consensum* simoniae crimen hic  
gnoscit; vt & Ioannes Imolensis. ad c. præ-  
dens. nu. 8. quemadmodū & alij plerique; vel  
maximè propter secūdam Glossographi nostri  
rationem, quæ nō nihil videtur etiam illustrati  
per ea quæ Doctor ille Nauarrus inter superio-  
ra scribebat. idem sentit & Syluester Prieras in  
sua summa dicit. *permūtatio* secūdū. quæst. 1. Pa-  
nopolitanus tamen hic studio cauteque semper  
incolcat in hoc genere nomen ambitions &  
præsumptionis, & nō simoniae, nisi quando &  
pacti simul meminit. Quid multis? nundinatio  
talis non potest non esse periculosisima con-  
scientiis propter præsentissimum simoniae metu.  
nam quamvis pecunia non interueniat, ipsum  
tamen commercium de re factum principiter  
spirituali, perinde quasi profana fore, vixelire  
à simonia possit excusari. quo fit ut & ipse D.  
Thomas author grauissimus in Summa sua  
Theologica 2. 2. quæst. 100. art. 1. in respon-  
sione ad argumentū 5. ita scribat: nomine em-  
ptionis & venditionis intelligitur omnis co-  
tractus nō gratuitus; vnde nec permūtatio pte-  
bendarum vel ecclesiasticorum beneficiorum  
fieri potest auctoritate partii absque periculo  
simoniae; sicut nec trāsactio, vt iura determinantur  
potest tamen Prælatus ex officio suo permane-

tiones huiusmodi facere pro causa vtili vel ne-  
cessaria. Sic Doctor Sanctus. vt amplius non  
putem dubitandū quin omnino simonia sit hic  
agnoscenda, maximē quod in materia peccato-  
rum nullus vnquam possit satis magnus esse me-  
tus. At cur, inquis, ista simonia cessat si cōsensus  
accedat Episcopi, cùm quod per se simonia-  
cum est & malū non possit ab Episcopo vel vl-  
lo mortaliū reddi non simoniacū vel bonum?  
Respondemus bifatiā; primò, simoniā in be-  
neficiis esse iuris potissimū humani seu positi-  
vi, eoque ex eodē iure limitationē & restrictio-  
nem facilius recipere; quō pertinet quod Na-  
varrus dicebat beneficiorum permutationē ex  
cōsensu Episcopi iure permittēte fieri. Secundò,  
si cōsensus Episcopi defuerit, ex pūra nundina-  
tione partiū hinc inde tenetur ista beneficia; sin  
Episcopi cōsensus interuenerit, beneficia iure  
collationis & institutionis canonicae possiden-  
tur, quia partes permutātes prius beneficia sua  
resignare tenentur in ordinarij manus, ac dein  
cepsit cōpermutantibus eorundē beneficiorū  
collatio cū institutione canonica hincinde; cel-  
sat igitur hoc posteriore casu simonia, cessan-  
tenimtū priuatæ nūdinationis temeritate: nec  
enim qui sic permutat dicendi sunt habere be-  
neficia hęc ex permutatione, sed ex institutione  
canonica quantūlibet permutatio fuerit causa  
sine qua nō fuisset ventū ad hanc institutionē.  
Ceterū hac de re, quo scilicet iure, diuinōne an  
humanō, simonia sit in beneficiis prohibita, cer-  
tus atq; distinctius quid apud dominicū Soto

c v scri-

75  
*Cur nō aquē  
Simoniā cōsensus  
beneficiorum  
permutatio  
qua sit cum  
cōsensu Epi-  
scopi, atque  
qua sine.*

scriptorem diligentissimum & accuratissimum  
videre est lib. 9. de iustit. & iure. quæst. 7. art. 1.  
cui mox alias quoq; subne<sup>t</sup>titur articulus hic  
secundus, vtrum præbendarū permutatio abs-  
que simonia fieri possit; vbi tamen in prima  
sua conclusione parum feliciter mihi videtur  
idem Dominicus intelligere Glossographum  
nostrum ad c. ex parte. 12. §. de offic. & pot-  
estat. iud. deleg. quasi minimè loquētem (sicut  
ipse existimat) de permutatione beneficiorum  
quæ fiat absque consensu Episcopi, eo quod  
inaniter scilicet ita loqueretur, quasi tum nihil  
fieret: quia nō satis animaduertit ibi Domini-  
cus (quod cum bona tanti viri venia dictū sit)  
permutationem beneficiorum sæpè perfici, &  
vtrumq; impleri non via iuris at via mēri facili;  
quod quidē dum contingit, simonia non men-  
tal is tantūm, sicuti loquuntur nostri, sed verē  
realis committitur: iminō quantumvis permu-  
tatio re vera seu de facto non impleretur, sola  
tamen huiusmodi conuentio partium suffice-  
ret ad incurrēdam per easdem simoniam verē  
realem; Dominico dictitante, hanc tum non  
futuram simoniam nisi fortē mentalem.

Liquer ex his quām cœcum sit illis iudicium  
de quibus in suis Aduersariis testatur Costalius  
ad l. in commodato. 17. §. sunt autem n. com-  
modati, qui putat Sacerdotia seu beneficia ecclē-  
siastica esse instar patrimoniorum, quemad-  
modum de militaribus beneficiis id est feuda-  
libus bonis Ioannes Faber ad principiū Insti-  
tus empt. & vendit. & Guido Papa. decis. 59  
scriptum

*Comment. in c. cùm olim. de rer. perm. 43*

scriptum reliquerunt. Igitur apud Francos, in-  
quic Costalius, non ex canonica institutione  
sed ex pacto, stipulatione, & coëmptione Sa-

cerdotia seu beneficia ecclesiastica parantur.

Quo nihil magis impiū fieri posset in eo qui-  
dem genere. Quod autem Costalius impingit

ibidem Panormitanus quasi scriberet ad Ru-  
bitcam de Simonia, hodie titulum de simonia  
correctum esse, nec in curia Romana locum

habere, volumina Panormitani quibus nos v-  
timur id falsum esse conuincunt & ipso intui-  
tudeclarant, cùm tale nihil scribat Panormita-  
nus: Romana verò Curia simoniacos acerrimè

semper insectata fuit atque coërcuit & insecta-  
tur atque coërcet etiānum, testibus exemplis

propè quotidianis. At hoc solum dicit ad cap.  
i de simonia. n. 5. Panormitanus, doctores

quosdam dicere titulum de Simonia non ha-  
bete locum in curia Romana, quemadmodum

ne in curia Principis locum habet lex Iulia de  
ambitu. l. vnic. n. ad l. Iul. de ambit. eo quod

non à populo, sicut olim, sed ab ipso principe  
magistratus crearentur quo loco Bartolus op-

pat. Iuliam ambitus, vel iura de simonia po-  
tius, obseruari quoad eos qui Pontificem sem-

per circumsepiunt & ambitiosis ab illo nullius  
malum conscio multa frequenter impetrant, non

sine liberali subinde manuum suarum vñctio-  
ne. cōqueriturque ibidem Bartolus simoniam

non puniri sicut oportet; ideoque nullas no-  
tas de simonia cōstitutiones amplius fieri. Sed

post Bartoli tempora tum in Extraugantibus

tum in

77  
*Titulum de  
Simonia non  
esse correctum.*

78  
*Curia Rom.,  
Simoniacos  
egregie coē-  
cet.*

79  
*L. Iulia de  
ambitu quo  
sensu cesset  
Romæ.*

44 De Sat. permut. benefic. iure.

80  
Iura de Si-  
moniacis no-  
nisiſma.

tum in variis Conciliis de simoniacis egregie puniendis constituta sunt satis multa qua sunt & adhuc in obseruātia prorsus viridi, ne pharſin practicorum nostrorum vel delicatiū vel morosiū refugiamus. Restrigit nihilominus istud istorū Doctorum liberius dictum Panormitanus ad solam simoniam iure duntaxat humano prohibitam, quo Princeps ipse folus solutus est licet omnem omnino mali specie per se diligēter euitare debeat: Atqui, simoniam in beneficiis ordinum ecclesiasticorum vel postestatis clauium ecclesiasticarum executionem annexam habentibus, ipso quoque diuino iure prohibitā censeri: mota simul quæſtione, num Pontifex incurrere possit ipse simoniam, & an hi qui dederunt aliquid ipsi Pōtifici pro beneficiis obtinendis in conscientia tuti sint, maxime quando Pontifex ipse simoniam non incurrit; quæ nostri nunc propositi non sunt, & à Felino deinceps aliisque compluribus latè disputantur ad idem c. i. de Simonia.

Porro tametsi de permutatione beneficiorum liberali seu nullis interueniētibus quidem pecuniis at sine consensu Episcopi facta dubitatum fuerit, an ibi nimirum Simonia latet an non, nemo tamen dubitauit yñquam, quin extra permutationem simonia sit apertissimā vel pecunia vel aliquid pecuniis æstimabile detur collatori vel Patrono vel aliis quibuscunq; pro beneficiis ecclesiasticis obtinendis. c. audiūmus. c. si quis violauerit. c. ex multis. c. altare. & alibi passim. i. quæſt. 3 quantumuis de

81  
Simonia in  
beneficiis qua-  
tenuis iure di-  
uino sit pro-  
hibita Pa-  
nornitano.

juxta

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

iuris distinctione dubitetur & hic, diuinōne scilicet an humano iure prohibeat̄ istiusmodi simonia; qua de re Dominicū Soto diximus consulendum si quis Panormitani distinctione quam obiter indicauimus magis quām explicuimus non fuerit contentus.

Alia nobis longē grauior atque dubitabili offert sese quæstio per opportunè nunc explicanda, breuissimè tamen, sitne videlicet <sup>83</sup> Resignatio in simoniacum sine permutatione prorsus vlla, fauorem an quin & sine fôrdibus vllis aut pecuniariis interuentionebus, beneficium suum gratis qui- sit Simonia- dem resignare in manus ordinarij collatoris ca. atamen in fauorem certi cuiuspiam cui resignans optaret illud ab ordinario conferri; quod nisi fiat, id est nisi beneficium hoc eidem ita conferatur, nullam prorsus vel pron facta habendam velit esse suam illam renunciationem, beneficio nimirum penes ipsum resonantem in eum casum remanēte perinde ac si nunquam id resignasset. atque Glosographus quidem Pontificius in d.c. ex parte. n.s. de offic. & potestat. iudic. deleg. ad verbum dimittere, simoniacam videtur putare resignationem talem. quam in sententiam pedibus iuerunt ibidem Interpretes plerique, propterea fortassis potissimum quod favor ille videatur quid esse pecuniis aestimabile vel in pecuniae locum succedere. quin & ipse Nauarrus cap. 23. sui manualis num. 117. ad decimum. dicit renunciationem beneficij factam in fauorem alterius id est (inquit) adie-

46 De Sat. perm. benefic. iure.  
adie<sup>c</sup>to modo vt conferatur illi vel illi, esse si-  
moniam; nisi fieret in manibus Papæ secundum  
stylum Curiæ à multis seculis seruatum à quo  
tamē Gregorius x 111. recedere cœperit quam-  
uis permittat vt vnâ cum renunciatione vius  
præsentetur petitio alterius cui renūcians vel-  
let conferri. Sed Couaruias lib. 1. variar. Re-  
solut. c.5. nu. 4. & 5. multis verbis & argumen-  
tis hoc agit vt ostendat renunciationem bene-  
ficij ea conditione factam in manus ordinarij  
vt Titio eius collatio fiat, simoniacam nō esse.  
rationem præcipue hanc vrget, quod ex huius-  
modi renunciatione seu resignatione beneficij  
nihil tēporale detur vel accipiatur in pretium  
cuiuspiam spiritualis; ideoque talem resigna-  
tionem propter alias aliquas causas improbari  
non propter simoniam. Laudat authores hu-  
iusce suæ sententiæ ipsum D. Antoninum Epi-  
scopum Florētinum in summa sua moralia par-  
te 2. tit. 1. c.5. §. 11. & Siluestrum Priēratem in  
sua quoque summa dict. renunciatio. quæst. 6.  
& rursus dict. simonia quæst. 16. sed falso scri-  
ptores illos allegat, cùm vterque contrariam  
defendat sententiam, licet ambo fateantur si-  
moniam tunc non esse quando resignatio be-  
neficij fit absque tali conditione seu lege sa-  
pactio de conferendo illud cuiquam certo,  
tametsi resignans hanc habeat intentionem in  
mente sua retentam vt huic & non alteri con-  
ferretur: quod & Nauarrus admittit d. §. ad de-  
cimum, vers. secundò, quod renunciatio bene-  
ficij. & D. Antoninum tanquam grauissimum  
hac

hac in re auctorem commendat contra Panor-  
mitani Deciique sententiam qui simoniam illic  
etiam putant certè mentalem latere: Nauarro  
non aliter mentalē illic agnoscēt simoniam,  
quā si fuerit intentio quoque paciscēdi; nam  
si pactio re vera interuenerit id est si conditio  
fuerit expressa intet resignandum ut beneficij  
resignati collatio fieret Titio seu cuiquam cer-  
to, simoniam esse realem seu actualem. quibus  
addi potest, adeò non esse simoniacam solam  
intentionem cui deest paciscendi voluntas, vt  
etiamsi desiderium hoc seu intētio hæc in ser-  
monē deduceretur & exp̄ressē rogaretur Colla-  
tor ut beneficium sic resignatum Titio con-  
ferre vellet, simonia prorsus nulla foret hinc  
metuenda; quandoquidem nulla p̄aeschribitur  
hoc modo lex vel conditio collatori. quō facit  
aperissimē c. tua nobis. 34. J. de simonia. ve-  
rum pactiones omnes talibus in rebus pericu-  
losissimē sunt. Quid igitur de noua istac & sin-  
gulari & verò insolenti Couarruiæ sententia  
dicemus? e quidem non reperio quenquam qui  
fuerit in eadē cum illo sententia, præter vnum  
Duarenū qui nimis audacter scriptitat (lib.  
8. de sacris ecclesiæ ministeriis ac beneficiis c.  
2. §. quomodo beneficium eiurandum sit) hu-  
iustinodi conditionem ad simoniacū ambitum  
nihil pertinere; nihilque referre an resignans  
ita Pontifici id est Episcopo dicat, ego benefi-  
cium meum cum bona tua venia eiuro, & mihi suc-  
cessorem dari opto Hieronymum; an verò ita, eiuro  
beneficium in gratiam Hieronymi, qui si tibi dignus  
non

48      *De Sat. perm. benefic. iure.*  
non videatur id retinere malo quam ut cuiquam  
alteri detur: nec enim omnem conditionem hic  
improbari canonibus at eam demum per quam  
nundinatio quedam beneficiorum ecclesiastico-  
rum induceretur iuxta c. paetiones. vlt. s. de  
paet. Ita Duarenus; qui tandem paulo vel pe-  
tulantiuſ vel insolentiuſ in Episcopos talem  
resignationem conditionalem seu in fauorem  
factam reiicietes atque beneficium sic resigna-  
tum pro suo nihilominus arbitratuſ quibuslibet  
aliis conferentes inuectus, conqueritur de  
magna eiurantium seu resonantium captione  
per huiusmodi collationes. Mouetur inter cæ-  
tera Couarruias ibidem & hac ratione, quod  
simoniacum non sit, immo nec ullum prorsus  
peccatum, conferre beneficia consanguineis &  
proximis & familiaribus & amicis & aliis qui-  
buslibet quos fauore suo singulariter comple-  
ctitur collator, vti sentit & ipse D. Thomas 2.  
2. quæſt. 110. art. 5. in respōſione ad argumen-  
tum 2. quod fatetur & Nauarrus d. nu. 107. in  
princ. Sed alia est ratio resonantis, alia colla-  
toris. collator enim ius habet conferendi, resi-  
gnans autem non habet ullum ius transferen-  
di quasi per quasdam nundinationes beneficium  
ecclesiasticum in eos quos ipse desiderat; ne  
quid interim hic repetatur eorum quæ de lu-  
cessionibus in tali re prohibitis adferebantur  
in procœmio. Nec etiam ratio Couarruiæ mul-  
tum premit: quia fauores isti gratificationes  
que resonantium, fauorem videntur mutuum  
quasi pro pretio beneficij resignati velle pro-

34  
*Proximis  
consanguineis  
conferre be-  
neficia non  
esse Simoniā,  
immō nec  
peccatum.*

Comment. in c. cùm olim. de rer. permot. 49

uocare; quod de collatore non æquè dici potest, vt pote qui iure suo liberè conferendi rete præsumitur vti, quamdiu contrarium non apparet. Et sic intelligi volo quod paulò superius dicebatur, fauorem in pecuniæ locum vi-  
deri succedere; fauorem nempe non resignan-  
tis in resignatarium, sed huius in illum pro be-  
neficij resignatione: nā alioquin vñus & idem  
est qui spirituale daret id est beneficium, &  
qui simul temporale daret id est fauorem. Ergo  
quid si nullum vicissim fauorem captauerit re-  
signator hic? simonia fortassis poterit abesse  
videri; temeritas tamē cum iniustitia renuncia-  
tioni tali semper inheret. quō si Couarruias re-  
pixerit, subtilitatis aliquid eius opinio poten-  
tia habere sed fructus omnino nihil; eo quod  
huius proculdubio sit in rebus dubiis grauiora  
temper metuere pericula. Quocirca simoniam  
potius hic agnoscamus; vti facit & Rebuffus  
in praxi sua beneficiali tit. de resignatione con-  
ditionali quæ dicitur in fauore. in princ. Quæ  
sententia nobis ob id etiam gratior & cōmen-  
datione esse debet quod nec ipsemet quidem  
Summus Pontifex Gregorius xiiii. resignationes  
istas in fauorem facile soleat admittere,  
sed tem scrupulis plenam iudicare; sicut ex Na-  
turre superius adferebatur. At, inquis, cur  
Pontifex hoc simoniæ vitium purgare potest,  
Episcopus non item? quia quidquid hic latet  
simoniæ, iuris est positivi; quo Pontifex qui-  
dem soluere potest, Episcopus aut inferior  
non item. dico iuris esse positivi seu humani,

85  
Fauor quo-  
modo sit loca  
pecuniæ.

d pro-

86  
Cur P̄tifer  
vitium Simo-  
nia hic pur-  
get, Episco-  
pus nō item.

50      *De Sat. permut. benefic. iure.*  
propter incertitudinem præcipue dubiumque,  
lateatne re vera sub talibus resignationibus in  
fauorem simonia, an non: cuius dubij dissolu-  
tio, Pontificis approbantis vel non approban-  
tis facto contingit: quandoquidem si Pontifex  
admisserit resignationem, simonia cessat; si non  
admittat, simonia foret metuenda si nihil-  
minus coram vel ordinario vel alio quocum-  
que procederetur ad exequendum resignantis  
(nec tamen aliter quam pro tali vel tali resignan-  
tis) desiderium. quin & Carolus Molineus, vir  
alioquin in ecclesiam catholicam periniquus  
& maledicus, in resignations istas in fauorem  
vehementer inuehitur, easque, præter & here-  
ditariæ successionis & ordinariorum collato-  
rum defraudationis vitia, simoniacas esse cen-  
set in commentario suo in Regulam Cancella-  
riæ de infirmis resignantibus nu. 101. Sed om-  
ni pactione seposita longissimeque per ipsum  
resignantem reiecta, si quempiam commenda-  
uerit Episcopo, simpliciterque beneficium re-  
signauerit, nihil peccauerit aut Episcopus aut  
resignator in illo commendato ad hoc benefi-  
cium prouehendo; quin immò perhumaniter  
uterque fecerit, si modò commendatus ille be-  
neficio non fuerit indignus. at verò, si resigna-  
tio conditionalis fuerit, id est in fauorem facta  
& non aliter, & Episcopus & resignator pec-  
carent si ratio fauoris huius haberetur; Episco-  
pus quidem, propter admissam & adiutam à se  
pactionem talem simoniacam; resignator, pro-  
pter ipsam pactionem simoniacam. Vnde pe-  
spici.

87  
*Commendatio  
caret periculo  
Simoniae.*

Comment in c. cùm olim de rer. permitt. 51  
spicitur quantum referat an liberè prorsus ec-  
clesiastica beneficia resignentur an verò pæctio-  
nibus interuenientibus. nam legem dicere be-  
neficiorum resignationibus. i. spiritualibus a-  
ctionibus, est improbum; sed Episcopo quem-  
piam nudè tantum commendari per ipsum re-  
signantem, nihil habet improbitatis. conditio  
nempe seu lex inducit simoniam, iuxta Glosso-  
graphum atque DD. in c. cùm pridem. & in c.  
pactiones. vlt. s. de pact. at sola nudaque com-  
mendatio, nihil minus. qua in re satis cordatè  
distinguenda iudicium Couarruiæ dicto lib.  
i. variat. Resolut. c. 5. nu. 4. & 5. vehementer  
desidero; Duareni palpitationē non fero, dum  
discrimē inter hæc duo rerum genera tam cla-  
rum & euidens vel nō perspicit vel se non per-  
spicere simulat potius, dicto lib. 8. c. 2. quo-  
modo beneficium eiurandum sit. Nam quod  
arinet ad exempla quorūdam priscorum per  
Duarenū allata qui certos successores in Epi-  
scopatum sibi designauerint, ea nihil habent  
cum beneficiorum resignationibus istis in fa-  
vore, commune; quandoquidem designationes  
illæ nihil aliud quam commendationis  
initiar erant, non autem vel pactionis vel con-  
ditionis & legis; vt apud Gratianū 8. q. 1. ple-  
nū est videre. quod pro nostra communīque  
sententia. ne Diui quidem Petri, succe-  
dorem sibi Clementem designantis, nominatio-  
nem ab ipsius Petri morte sortiebatur effectū,  
sed post alios demum duos intermedios, Li-  
num videlicet atque Cletum, qui multis annis

dij ponti-

88  
*Conditio sep-  
lex inducit  
simoniam.*

89  
*Designatio  
successoris in  
dignitatem  
quatenus ex-  
caſtur; de  
qua pluscu-  
lum diceba-  
tur in proce-  
mio sub fi-  
nem. s.*

90  
*D. Petrus  
quomodo suc-  
cessorem sibi  
constituerit  
Clementem.*

§2 De Sat. perm. benefic. iure.  
pontificatum gesserunt: ne quasi priuata successionis cuiusdam vel minima relinqueretur imago posteris. Author est præter alios plurimos Antiquitatum ecclesiasticarum scriptores ipse D. Hieronymus in vita scriptorum ecclesiasticorum à se conscripta, Clementem fuisse quartum ab Apostolo Petro Pontificem Romanum; siquidem secundus, inquit, Linus fuit,  
" & tertius Cletus; tametsi plerique Latinorum  
" secundum post Petrum Apostolū patent fuisse  
" Clementem. sic ibi D. Hieronymus addit Platina sub finem vitæ D. Petri, Linum & Cletum à Clemente per modestiam fuisse coactus ante se munus Pontificatus obire, ne posteris hæc principatus ambitio pernitosi exempli haberetur; cùm tamen Petrus eidem quasi ex testamento locum successionis tradidisset. ut sumo perè demirandum sit, vel Couarruiam vel Duarenium vel alios homines ullos inueniri potuisse qui scrupulos ex resignationibus istis in fauorem nullos omnino sentirent; in quorum tamē numero magis equidem demor reperiri quoque Staphileum in tractatu suo de literis gratiæ & iustitiæ part. i. tit. de variis modis vacationis. §. posset tamen probabiliter dici. fol. 66. pag. versa editionis Veneta. Ceterum, quæstionis est perelegantis & perdifficilis, an conditionalis hæc vel in fauorem resignationis facta corā ordinario, sit omnino nulla, sic videlicet ut ne resignanti quidem noceat sed beneficium suum perinde retineat quasi non resignasset; an verò resignationis quidem valeat

93  
*Questio de  
vmbra &  
effectu Resi-  
gnationis in  
fauorem.*

Comment. in c. cùm olim. de rer. permut. 53  
valeat ipsa, sed conditio sola rejiciatur, ita ut  
ordinarius perinde possit id conferre cuilibet  
alteri cuicunque velit ipsemet, ac si simpliciter & purè facta fuisse resignatio. Rebuffus  
in praxi sua beneficiorum parte 3. tit. de resi-  
gnatione conditionali quam in favorem vo-  
cant nu. 7. & seqq. existimat, ac rationibus  
nonnullis probare nititur, talem resignatio-  
nem totam proorsus esse nullam, adeo ut ne re-  
signanti quidem noceat quatumlibet Episco-  
pus eam quasi simpliciter factam acceptasset  
reiecta nimirum sola conditione tanquam in-  
utili. rationibus mouetur potissimum his dua-  
bus, tum quod conditionalis haec sit resignatio,  
qua quidem conditione non eueniente (id est  
Episcopo hoc beneficium resignatum non con-  
ferente illi in cuius favorem resignatio fiebat)  
resignatio censeatur nulla l. illae autem institu-  
tiones. 71. π. de hered. instit. tum quod unus  
& idem actus diuersas cotinens clausulas non  
possit pro parte recipi pro parte rejci arg. l.  
Aurelius. 28. §. idem quæsiit. π. de liberat. le-  
gat. ne cætera nunc eius argumenta minoris  
momenti recenseamus. At alij plerique om-  
nes Episcopo volūt esse liberum, reiecta con-  
ditione, id est non habita ratione illius in cuius  
favorem resignatio fiebat, beneficium hoc al-  
teri cuilibet conferre: nisi quod Couarru-  
rias dicto num. 5. vers. & quamuis alteri. col-  
lationem ab Episcopo factam ab ipso Summo  
Pontifice eiusque supremis iudicibus forsan ex  
equitate rescindēdam fore persuasum habeat,

d iij vt vel

92  
Episcopū pū.  
ri posse acce-  
ptare resigna-  
tiones in fa-  
vore, & be-  
neficium sic  
resignatum  
conferre cui-  
libet alteri.

vt vel ipsum renunciati restituatur vel ei conferatur in cuius ille fauorem renunciabat. summo enim iure Episcopi collationem, non obstante contraria resignantis conditione, valere Couarruias ibidem fatetur: sed istam contra ius omne sibi finxit æquitatem rescissionis, ex eo quod nihil vel simoniacum vel turpe putaret latere in resignationibus istis in fauorem: sic unus error alium trahit. aliis Interpretibus absolutè collationem Episcopi alteri cilibet factam comprobantibus, præter Duarenū qui loco superius memorato fraudem resignantibus fieri quiritatur ab Episcopis dum confitit alteri quam in cuius fauorem resignatio fiebat. Verum communis aliorum sententia collationem illam Episcopi approbantium, iustionibus & æquioribus videtur niti fundamentis; propter summum præcipue fauoris istius odium, iuxta rationes superius inculcatas. Iaque cum talis conditio sit proculdubio turpis, meritò pro non adiecta debet haberi, renunciatione nimurum simpliciter admittenda. arg. 1. & vlt. 3. de condit. apposit. in despous. vel in aliis contractibus. arg. l. 1. & l. conditiones que contra. & l. conditiones contra edicta. n. de condit. institut. & alibi passim; ne scilicet uile per inutile vicietur. quo vel unico fundamento rationes ambæ Rebuffi cum suis administris tanquam fumi per aëra disperguntur & ea nesciunt; ut quibus non aliter poterit esse locus, quam si sana probaq; fuerint omnia. Latè probat hanc nostram communemque sententiam

93  
*Conditiones quando pro non adiectis habeantur.*

Comment. in c. cùm olim. de rer. perm. 55

tiam Boërius in tractatu de dignitate Legati  
quæst. 2 quem non rectè conatus fuit refelle-  
te Rebiffus. de qua quidem sententia commu-  
ni luculenter ille quem dixi modò Staphileus  
eodem loco §. puto tamen. quam & ipsem  
Couarruias dicit. nu. §. communem esse pro-  
ficietur. Sed quid si talem beneficij resignatio-  
nem quæ fit in fauorem certi cuiuspiam non  
admisserit Episcopus vlo modo , neque sic, id  
et in fauorem, neque simpliciter? ecquid ex illa  
resignatione sola beneficium hoc vacabit ita  
ut expectantibus beneficia primò proximeque  
ceptata va-  
catura vel aliis quibuscumque locus aperia-  
tur? Ita quidem visum fuit Ludouico Gome-  
lio in Regulam Cancellariæ de infirmis resi-  
gnantibus quæst. 29. quod & olim Bernardus  
Glossographus adnotauerat ad cap. quod Dei  
timorem. j. de statu monach. & canonic. re-  
gular. ad verba *ministrares ibidem*. Ratio red-  
ditur hæc, quod, quantum in ipso renunciante  
fuit, missum fecerit & abalienauerit à se suum  
beneficium , siue proprietatem hoc est titu-  
lum siue possessionem speces. cuius quidem  
sententia meminit & Couarruias eod. lib. 1.  
variar. Resolut. c. s. nu. 6. & Staphileus d. §.  
puto tamen. vbi allegat.l. si quis vi. §. differen-  
tia. π. de adquir. vel amitt. possess. loquuntur  
tamen omnes illi de renunciatione vel resigna-  
tione simplici seu pura, cui nihilominus & hāc  
in fauorem seu conditionalem docuimus esse  
parem propter conditionis istius reiectionem.  
At verò , crassissimæ notauit ignorantia juris  
d. iiiij hanc

94  
*Anex res-  
ignatione be-  
nificij nō ac-  
ceptata va-  
cet beneficij.*

56 *De Sat. perm. benefic. iure.*

hanc sententiam Carolus Molineus in eandem  
Regulam de infirmis resignantibus mox in  
princ. & Couarruias d. nu. 6. Et merito sa-  
nè; quoniam iuris est evidentis, neminem be-  
neficio suo semet auctoritate propria posse  
abdicare; quandoquidem ut Alexander III.  
Pontifex Episcopo Tornacensi rescrispsit, E-  
piscopo inconsulto sua beneficia vel suas ec-  
clesias dimittere clerici prohibentur c. ad-  
monet. s. de renunciat. quod & aliis locis con-  
firmatur, vt c. quod in dubiis. & cap. nisi cum  
pridem. eod. tit. de renunciat. Ratio quoque  
luculenta non deest, nimirum quod nemo  
stationem suam deserere debeat miles, vt in  
huius commentarij procēmio satis copiōsē

95  
*Ne Simonia-  
ca quidē resi-  
gnatio priuat  
resignationem  
ipso iure sed  
per indicem  
erit pruadus.*

demonstrauimus. quod adeò verum est vt  
ne renunciatio quidem aperte simoniaca fa-  
ciat vt beneficium vacet vel in ipsiusmet re-  
nunciatiā p̄t̄iudicium, iuxta Glossographum  
ab omnibus plerisque receptum in cap. super  
hoc. ad verb. pecuniā. s. de renunciat. quod  
singulariter est notandum. licet enim detesta-  
bile sit simoniæ scelus, adeò vt omnes omni-  
nō simoniaci tam occulti quam manifesti ipso  
iure sint excommunicati nec ab alio quam ab  
ipso Summo Pontifice possint absolui p̄t̄e-  
quam in mortis articulo, siue in ordinibus ec-  
clesiasticis commiserint simoniam siue in be-  
neficiis, nec ullum queratur in huiusmodi be-  
neficiis ius, ita vt fructus inde perceptos non  
faciant suos, immo ad illorum omnium qua  
perceperunt restitutionem sub animæ sua p̄-  
riulo

96  
*Simoniacorū  
penit.*

*Comment. in c. cùm olim. de rer. permitt.* 57  
tculo sint adstricti , nec ordinum sic suscepto-  
rum permittatur executio sed ab iis omnino  
suspensi sint , iuxta constitutionem Pauli ve-  
neti Papæ secundi quæ incipit *cùm detestabile*  
de simonia in Extrauag. commun. ( quod po-  
strem de simonia ius est in hæc iuris Ponti-  
ficij volumina relatum) tamen suis beneficiis  
ablque simonia quæsitis non excludunt simo-  
niaci ipso quidem iure , sed propter simoniam  
postea commissam iis merito priuandi sunt.  
quod quidem simoniæ castigandæ ius vniuer-  
sum nouissimo simul Concilij Tridentini iu-  
re sess. 21. c. Reformat. 1. & sess. 24. capp. Re-  
format. 14. & 18. cum cæteris omnibus hu-  
iusec vitij pœnis confirmatum fuit.

Illud fortasse quis ad extremum non imme-  
rito miretur , cur , si Episcopus , resignationi-  
bus in fauorem factis non obstantibus , bene-  
ficium sic resignatum nihilominus alteri cui-  
libet liberè conferre possit postquam resigna-  
tionem simpliciter acceptauit ( nec enim ali-  
ter acceptare potest vti dictum fuit ) ipse ta-  
men Summus Pontifex beneficium sic apud  
se resignatum , cum clausula scilicet *nec ali-*  
*nec alias nec alio modo* , non possit alte-  
ri conferre , nec etiam purè vel simpliciter  
acceptare tales resignationem : quid enim  
prima facie vel absurdius vel incredibilius ,  
quam Episcopo licere quod Summo Ponti-  
fici non liceat ? quem scrupulum non occur-  
rit nostris interpretibus euidem submi-  
tor. Discriminis autem ratio satis est euidens  
d v & ro-

97  
*Cur P̄t̄f̄x  
beneficiā in  
fauorem resi-  
gnata non  
possit simpli-  
citer accepta-  
re & alteri  
cuilibet con-  
ferre , Epis-  
copus autem  
possit.*

§8 De Sat. perm. benefic. iure.  
& rotunda, nimurum hæc; quia resignatio illa  
conditionalis vel in fauorem quæ fit coram sum-  
mo Pontifice, non habet in sese conditionem  
turpem; cùm Pontifex acceptando resignatio-  
nem, purget eadem opera vitium omne seufi-  
moniæ seu si quod sit aliud iure dumtaxat hu-  
mano inductum. Tale autem quid est simonia  
de qua quidem laboratur hic; tale similiter &  
successionis illa species; tale denique frustratio  
collatoris ordinarij, cùm Pontifex ut ordina-  
rius omnium plenam immò plenissimam de  
beneficiis omnibus pro suo arbitratu dispo-  
nendi habeat potestatem. c.2. in princ. de præ-  
bend. lib. 6. quo fit ut vitio purgato, si condi-  
tio non extiterit, id est si beneficiū illud à Pon-  
tifice non conferatur illi in cuius fauorem re-  
signatio fiebat, resignatio re vera fit irrita seu  
nulla (quemadmodum contractus omnis con-  
ditionalis non eueniens conditione deficit &  
est nullus) & per consequens penes resigna-  
tionem remaneat hoc beneficium. resignatio vero  
conditionalis vel in fauorem quæ fit coram E-  
piscopo, conditionem habet omnino turpem,  
Episcopo videlicet vitium hoc vel turpitudi-  
nem hanc purgare nequeunt; quo contigit  
ut reiecta conditione hac turpi resignatio be-  
linquatur maneatque pura. Replicabis forte,  
Pontificem quoque conditionem illam posse  
reicere renunciationemque pure seu simplici-  
ter acceptare, respondemus, à Pontifice con-  
ditionem illam reici non posse nisi resigna-  
tionem totam repudiet, cùm turpis eo loco

non sit ea conditio; quapropter vel resignantis  
manebit hoc beneficium, vel illi soli in cuius  
fauorem resignabatur à Pontifice conferetur.  
Igitur discrimen hoc inter Pontificem & Epi-  
scopos quoad hanc rem, non arguit maiorem  
in Episcopis quam in Pontifice potestatem,  
sed ostendit conditionis turpis & non turpis  
diversitatē. quinimmo maior hinc elucet Pon-  
tificis potestas, ut qui vitia talia purgare possit  
cùm tamen Episcopus ea purgare non possit.  
Sic autem sese rem habere, Pontificem nempe  
non posse alteri conferre quam pro quo fit re-  
signatio, præter viuam quam dixi modò ratio-  
nem, docent authores cumplures grauissimi  
quos hic breuitatis causa prætermitto, memo-  
ratos à Rebocco d. parte 3. suæ praxis benefi-  
ciorum tit. de resignat. conditionali quam in  
fauorem vocant nu. 3. & rursus nu. 30. 31. &  
32. qui est ultimus. Neque vero mirum videri  
cuiquā debet nos dicere nihil esse turpis con-  
ditionis in resignatione tali quæ sit in fauorem  
coram Pontifice; quia Pótifex tanquam Sum-  
mus Pastor & pater spiritualis aditur à quibus-  
libet pro salubri remedio quod in aliorum vl-  
lorum potestate non est: quale quidem reme-  
diū tum querere tum petere non magis po-  
test esse turpe quam est vel pro morbis curan-  
dis medicum vel pro peccatorum remediis ac-  
cedere confessarium legitimum & non alios  
qui potestate soluendi carent.

Sed hæc de resignationibus in fauorem di-  
gasint haec tenus, non importunè, nisi fallor,  
neque

neque prorsus extra propōstū; quando beneficiorum permutationibus commodē fieri nequeuntibus, ad hoc remedium veniri plerumque solet. Sequitur ut ad ipsas beneficiorum

98

*An pecunias  
pensari possit  
beneficiorum  
permutando.  
rum inequa-  
litas, absque  
labe Simo-  
niaca.*

permutationes reuersi disputemus de beneficiorum permutedorū inæqualitate pecunias pensanda, sitne videlicet in ea pensatione labes aliqua simoniaca; quod alterū erat quæstionis genus inter posteriores capituli præcedentis clausulas hūc reiectum. Ne quis autem vel hal- lucinetur vel erret in quæstionis proposita sententia, nō queritur hic de ipsamēt permutatione quæ fiat auctoritate propria (quam per mutationem simoniacam esse iam docuimus etiamsi pésatio nulla pecuniaria interuenient) sed an ita per superiorem possit approbari permutatio ut certa pecuniæ summa numeretur pro pensanda fructuū ex iisdem beneficiis permutandis prouenientium inæqualitate. Scibit in summa sua de casibus conscientiæ verb. simonia. nu. 6. Angelus Clauasius, id simoniacum nō esse si modò pecunia detur in pensationem prouentuum merè temporalium, sed secus esse si pecunia detur pro pensatione iuriū spiritualium, puta (inquit) si beneficium auctoritates habeat maiores, ita enim loquitur; allegato in id ipsamēt Panormitanō, quā sententiam satis copiosē tum prosequitur tum sequitur acutissimus alioquin ille Caietanus in suis Commētariis ad Summam D. Thomæ. 1. 2. quæst. 100. art. 4. rationibus aliquot simul allatis. Allegat quoque pro hac sententia Co-

uam.

Comment. inc. cùm olim. de rer. permunt. 61  
uarruuias lib. i. variar. Resolut. c. 5. nu. 9. eun-  
dem Panormitanum, quasi & is hoc scriberet  
in c. ad quæstiones. hoc tit. Sed falsò Panormi-  
tanus & ab Angelo & à Couarruuiia talis op-  
inionis allegatur author, cùm d. cap. de solis  
& iphismet loquatur ecclesiis earūque prædiis  
& bonis inter eos quibus ea subsunt permu-  
tandis, non autē de beneficiorum permutādo-  
rum titulis, nec inter eos qui quasi possidēt ec-  
clesias pro beneficiis, quales esse constat eccl-  
esiastum parœcialiū rectores & pastores aliōsq;  
similes beneficiarios. inter quæ quidem duo  
terum genera quantum intersit operosè docet  
ibidem Panormitanus nu. 2. 3. & 5. nec enim  
permutatio ecclesiastum fundatur in personis  
beneficiariorum titulis & institutionibus ca-  
nonicis præditorum, sed in personis vel potiūs  
collegiis & corporibus illorū qui proprietatis  
iure tales ecclesiastas habent sibi subiectas & qui  
possessionum ad eas iure decimali pertinen-  
tiū veri sunt Domini. quæ quidem res ni-  
hil habet cum beneficiorum permutationibus  
commune, nec iisdem nititur alienationis pro-  
hibitæ causis quibus priuata beneficiorū per-  
mutatio prohibetur, neque par est in vtris.  
que ratio cur superioris requiratur auctori-  
tas. id quod luculenter declarat ipse Panor-  
mitanus d. num. 5. Couarruuias itaque, Pa-  
normitano minimè reluctante, meritò recte-  
que recedit à superiore isthac Angeli Caie-  
tanique sententia; quoniam ius illud quo  
potissimum nituntur Angelus & Caetanus,  
nempe

62 De Sat. perm. benefic. iure.  
nempe d. c. ad quæstiones. de hoc beneficio-  
rum permutandorum genere nequaquam lo-  
quitur, ut modò dicebam. neque fieri potest  
quoniam vbi pecunia datur pro beneficio veralit  
simonia, cum temporale detur pro spirituali  
quale quid est beneficij titulus. quod optimè  
perspexit noster Adrianus Pontifex in quodli-  
betica sua quæstione. 9. artic. vlt. vers. ad quin-  
tum. à Couarruuia laudatus quidem sed non  
satis examinatus, ut qui Panormitanus ab An-  
gelo non fuisse intellectum sagaciter adnota-  
uerit. Fruola sanè fuit Angeli ratio quod sci-  
licet pecunia pro temporalibus dari possit; nam

99  
Spiritualibus  
annexum est  
quidquid in  
beneficiis est  
temporale.  
quidquid est in beneficiis temporali, spirituali-  
bus totum est annexum quorum & iure cen-  
setur ut ac tanquam accessorum; quandoqui-  
dem redditus beneficiorum, ex eorumdem bene-  
ficiorum titulo, qui censemur esse spiritualis,  
percipiuntur. nam alioqui semper vnlquis-  
que qui pecuniam pro beneficiis ecclesiasticis  
adipiscendis dedisset, audacter & impunè dice-  
re posset sese non pro sacro beneficij titulo sed  
pro redditibus & fructibus & emolumentis be-  
neficij temporalibus & prophanicis eam dedil-  
le. quod ut & absurdissimum & à verò alienis-  
simū reiicit optimo iure Couarruuias. d. c. s. nu.  
8. in fin. cum certissimū sit & evidentissimum  
titulos beneficiorum concedi gratia ministerij  
spiritualis vel officij spiritualis, ut in quæstione  
modò memorata omnium apertissimè loqui-  
tur Adrianus Pontifex. neque verò sic separa-  
ri possint in permutedis beneficiis corundem  
bene-

beneficiorum prouentus ab ipsiusmet beneficiis ex quibus proueniunt, quemadmodū possessio[n]es vel p[re]dia separantur ab ecclesiis pa[ri]cialibus in illo c. ad quæstiones. vbi Pontifex in permutandis talibus ecclesiis & earum p[re]diis decimalibus duas requirit inter corpora seu monasteria (quorum ea p[re]dia sunt) permuttere volentia separatas permutationes, vnam ipsarum ecclesiarum inter se vbi pensatio pecuniaria nulla prorsus admittitur, alteram possessionum seu p[re]diorum inter se vbi pecuniæ permittitur interuentio. quales quidem duæ permutationes in permutandis inter se beneficiis duobus fieri non possunt. vna beneficiorum scilicet, altera fructuum & obuentionum beneficiorum eorundem; quia fructus ipsius & obuentiones beneficiis ipsis insunt vel eorum sunt pars nullam patiens huiusmodi separationem, cum dumtaxat unicum sit & inueniatur ibi totum vel integrum suis constans partibus, quæ si separarentur amplius non est quid integrum vel totum; sicut homo corpore extinto vel ab anima deserto definit esse homo. Quo ex fundamento (spiritualis & inseparabilis nimirum iuris beneficiorum) sequitur & hoc, in permutationibus beneficiorum quantumlibet adeò inæqualium ut fortassis ultra dimidium iesus fuerit alter permutantiū, remedio tamen Legis 2. C. de rescind. vendit. nunquam fore locum; quia pecuniarum additionibus in pensionem seu suppletionē permutationis iniustæ nō potest esse locus. quam rem

100  
Vera sententia  
cap. ad que-  
stiones de rer.  
permunt.

101  
In contracto  
permutatio-  
nis beneficio-  
rum cessare,  
remediu[m] lego-  
rum 2. C. de re-  
scind. vend.

rem Couarruias d. nu. 8. vers. vltima ratio, cordatē prudenterque resolut. Quid ergo remedij lāsis, maximē minoribus? in integrum restitui poterunt, vt operosē per totum illud caput quintum lib. primi variar. Resolut. docet Couarruias. Quidnam verò dicemus de permutantibus inæqualia beneficia sponte sua nulloque ductis errore? nullūmne suppetit medium inæqualitatis huiusmodi pensandæ canonicum seu legitimū? suppetit omnino; quandoquidem pensio legitimē creari poterit in huius inæqualitatis pensionem. de quo quidē creandæ pēsionis iure quia multi multa scripserunt, non est quōd nos hic eam cramben recoquamus. quin & pecuniis initio semel numerandis hanc inæqualitatem posse pensari, sed solius au&toritate Summi Pōtificis, tādunt nonnulli, quasi simonia talibus in rebus iuris esset humani dumtaxat; quorum sententia mihi parum placet, certè tuta minimē videtur. Si quāras cur per constitutionem pensionis compensati magis possit inæqualitas illa beneficiorum permutandorum quām per numerationem pecuniae præsentis vel semel interuenientis, cūm tamen pensio quoque consistat in pecuniis; responderi fortassis poterit, pensionem talem de fructibus & obuentiōnibus ipsius beneficij de promendam sic delibari vt naturam beneficij spiritualē quadam tenus retineat; vt non tam temporale quid pro beneficio pinguiori vicissim rependatur, quam spirituale quid aut spirituali annexum, saltem depo-

*Remedias pē-  
sandinequa-  
litatis benefi-  
ciorum per-  
mutandorum;  
& an pecu-  
niis interue-  
nientibus.*

*Pensionē be-  
neficiale esse  
quid spiri-  
tuale; ideoq;  
nec vendi nec  
redimi posse.*

Comment. in c. cum olim. de rer. permisst. 65

dependenter aut consequenter, ut explicatio-  
nis clarioris ergo loquitur Nauarrus in ma-  
nuali suo Confessar. c. 23. nu. III. in princ.  
vult enim pensionem beneficialem esse, non  
quidem beneficium, nec etiam portionem fru-  
ctuum beneficij nudam, sed ius quoddam spi-  
rituale vel illi annexum; non antecedenter  
(inquit) vt ius Patronatus, sed consequenter,  
instar beneficij. Quae doctrina quod & secu-  
rior sit & multas quæstiones tollat mihi per-  
placet. Hinc enim sequitur, pensionem talem  
semel canonice legitimeque creatam vendi ci-  
tra simoniæ labem non posse, non magis quam  
vel ius Patronatus vel ipsum beneficium ec-  
clesiasticum; præterea nec redimi posse citra  
Summi Pontificis consensum, licet gratis re-  
mitti possit, qua quidem de redemptione ve-  
hemens fuit hactenus inter tu Theologos tum  
iuriis Pontificij DD. cōtentio; sicut apud eun-  
dem Adrianum loco superius memorato & a-  
pud Caietanum in opusculo Respcionum  
16. & inter suas quæstiones quodlibetales de  
simonia quæst. 4. & apud Dominicum Soto  
lib. 9. de iustitia & iure. quæst. 7. art. 2. con-  
clus. 3. & apud Hieronymum Gigantem in  
tractatu de pensionibus ecclesiasticis quæst. 87.  
& tursus quæst. 99. quae est penult. & apud  
Rebuffum in tractatu de pacificis possessori-  
bus nu. 132. & alibi & apud alios denique plu-  
rimos est videre. Licet autem spirituale quid  
esse pensionem beneficialem sentiat Nauarrus,  
& per consequens eam vendere vel redimere

e crimen

104  
Spirituale  
consequenter  
& Spirituale  
antecedenter  
Nauarro  
quid.

crimen esse simoniæ, nihilominus tamē agnoscit, huiusmodi simoniacos ipso iure non esse excommunicatos; ut ex præmissa Pauli Veneti constitutione Extraugante simoniaci in beneficiis vel ordinibus ecclesiasticis excommunicati sunt; eo quod hoc simoniæ genus nec in beneficiis nec in ordinibus versetur, sed interatio quodā rerum spiritualium genere, quemadmodum est & ius Patronatus. Porro quod pensiones istas beneficiales dependenter & consequenter spiritualibus annexas esse dicit, ius verò Patronatus antecedenter, nihil aliud vult quam quemadmodū ius Patronatus parat viam vel ut nostri loquuntur præambulum est ad consequendum beneficium ecclesiasticum (præcedit enim nominatio vel præsentatio Patroni collationem beneficij & institutionem præsentati) sic pensionem beneficialem dependere & consequi ex beneficio quod eadē pensione grauatur, neque nudo fructuum nomine censeri. Quo fundamento posito, corrunt omnes ratiunculæ Gigantis & aliorum qui pensionem beneficialem temporale tantum quid esse Giganteo magis quam pio Christianoque more fabulantur. quanquam sanè Gigas ingenuè profitetur sub finem dictæ sua quæstionis penultimæ, semper ubi animæ periculum timetur eam partem esse tenendā quæ durior est & animæ fauet, ut ipse loquitur, immò sub finem dictæ quæstionis 87. vehementer inquiritur in eos, ut ac tāquam simoniacos, qui pensiones ecclesiasticas ea sibi referuerint.

Comment. in c. cùm olim. de rer. perm. 67

intentione dum beneficia resignant ut certis  
pensionibus anticipatis pensionum earundem  
ius extinguatur. Illud hic obiter attingendum  
duxi, pensiones huiusmodi beneficiales non à  
Pontifice solùm sed & ab Episcopis constitui  
posse, idque ad vitam usque pensionarij; adeò  
ut non solus ad eam soluendam teneatur præ-  
sens possessor cum quo permutatio fuit inita,  
verum etiam eiusdem vel mortui vel aliò trans-  
lati successor in idem beneficium, quantumli-  
ber non hereditarius, affecto scilicet ipsomet  
beneficio, arg. cap. de cætero. s. de translat. At  
perpetua pensione beneficium ullum grauare  
nequit Episcopus, ultra vitā scilicet certi pen-  
sionarij: sed Summi Pontificis ad id requirere-  
tur auctoritas. c. significavit. j. de cenfib. Am-  
plius dico, quod si transactionis causa creare-  
tur alteri litigantium pensio super beneficio li-  
tigioso donec solus collitigator beneficij pos-  
sedor viueret, non autem diutius nec ad onus  
futuri quandoq; successoris, ne Episcopi qui-  
dem requireretur ad huiusmodi pensionē con-  
stituendam consensus vel auctoritas, at solo-  
rum sufficeret iudicium ecclesiasticorum iussio,  
proper concordiae fauorem proque bono pa-  
ris, ut loquitur Pontifex in c. nisi essent. s. de  
probend. adfert quidem Gigas hac de potesta-  
te episcopali cumplures auctores in questio-  
ne sua 6. nu. 2. & seqq. at ius, quo potestas illa  
probetur idonee, nullum prorsus adfert; cùm  
tamen textus illi quos allegavi sint hac in re  
catis aperti: Quæstionis hic est apud Interpre-  
tes ij

105  
Pensionem  
quatenus  
creare possit  
Episcopus.

68 De Sat. permunt. benefic. iure.

106

An Comen-  
da vel etiam  
penſio per-  
mutari poſ-  
ſit cum bene-  
ficio.

tes nostros an beneficij commendā quæ dici-  
tur in libris nostris, permūtari rectè possit cum  
beneficio: quod iustius etiam de pensione ista  
hac beneficiali quis querat. de commendis lo-  
quitur Bonifacius octauus in c. nemo dein-  
ceps. de ele&t.lib.6. Ac licet varijs variè respon-  
deant, equidem iuri perpetuo conformius esse  
reor, neque commendas istas neque penſio-  
nes beneficialeſ cum beneficiis permūtari po-  
ſſe. cuius meæ ſententiæ rationem hanc adfero  
ſatis viuam, quod huiusmodi ſpiritualia vel  
spiritualibus annexa non cadant in commer-  
cium niſi quatenus iure permiffum inuenia-  
tur: at qui non inuenitur vſquam expreſſe per-  
missa talium cum beneficiis permūtatio, ſed  
ſolorum beneficiorum inter ſe; ſicut per cla-  
riſſima ſingulorum quinque capitulorum ad-  
hoc permutationis beneficialis argumentum  
pertinentium verba docemur, ac præcipue  
duorum postremorum, nempe capit. vii  
lib. 6. & Clementinæ vnicæ de rer. permūta.  
Quibus & expectantibus qui dicuntur à permū-  
tando prohiberi videntur, cum beneficij ni-  
hil habeant catenus in ipsa re, ſed in ſola  
ſpe; contrac̄tu permutationis beneficialis cer-  
tum preſensque beneficium neceſſariò poſtu-  
lante.

Veniamus iam tandem ad singulas capituli  
noſtri clauſulas.

107

Expectantes  
an poſſint  
permūtare.

Ait Pont. resignauit, & poſt resignationē, &c.  
Sent. conte-  
xetus de reſi-  
gnatione hic  
facta.

Sed vbi ſiebat hec resignatione? proculdubio  
in manibus ordinarij id est Episcopi, ſicut  
liqueſt.

liquet ex complemento secundo; tametsi per se satis hoc intelligebatur ex ultima clausula capit. quæsumus. hoc titulo. Quare quod Pontifex permutantes hos priuet suis beneficiis, causa fuit hæc quod antequam Episcopus adiretur ipsimet inter se permutationem completissent, vt patet ex vers. cum ergo nobis constaret. hoc nostro cap. cum dumtaxat ipsis permitteretur incipere tractare de permuto; iuxta cap. cum vniuersorum. hoc tit. Quæritur hic oportune, si beneficiorum permutandorum collatio non pertineat ad Episcopum sed ad alios quosdam Episcopo inferiores, utrubi resignatio talis ex causa permutationis fieri debeat? Ac ratio permutationis beneficialis approbandæ cogit, vt Episcopum nihilominus hac de re dicamus adiungendum; quandoquidem ceteri collatores Episcopo minores hac approbandæ vel reprobandæ permutationis auctoritate carent: id quod satis idonee probatur d. capit. Quæsumus. hoc tit. quia tamen verorum collatorum interest, vt & Patronorum, quinam quibus beneficiis præficiantur, meritò requiriatur horum consensus argum. cap. cum inter vniuersas. s. de elect. & cap. nobis j. de iure Patronat. & ita quoque post Ioannem Andream sentit hoc loco Gaufredus cognomine, Collectarius num. ii. Verum quid si præterierit eos Episcopos? ecquid hanc permutationem vñà cum noua collatione hinc sequuta dicemus esse nullam? verius est ipso e iij qui-

119  
In permutationibus beneficialibus utrubi fiat resignatio, collatione non ad Episcopum sed ad alios pertinente.

110  
Consensus collatoris & patroni.

70 *De Sat. perm. benefic. iure.*

quidem iure permutationem collationemque  
valere, sed collatoribus vel Patronis eam non  
ferentibus reuocandam rescindēdāmque vel ut  
nostrī loquuntur annullandam. c. quod sicur.  
28. §. de elect. & c. cūm in ecclesiis. 33. de præ-  
bend. lib. 6. & arg. c. illud & ibi DD. 7. de iu-  
re Patronat. qua de re Collectarius idem hic  
nu. 3. Cui sententiae prima facie vehementer  
obstare videtur c. decernimus. 16. q. 7. vbi col-  
latio beneficij per Episcopū alteri facta quam  
præsentato per Patronum decernitur irrita seu  
nulla. Respondendum est, illic de permutatione  
beneficij non permutati sed simpliciter vacan-  
tis vbi Patroni nominatio siue præsentatio  
iam locum inuenierat. plus itaque permititur  
Episcopo in beneficiis permutatis, vt pote non  
simpliciter vacantibus, quam in beneficiis sim-  
pliciter vacantibus vbi collatoribus & patro-  
nis adquisitum iam est ius, quæ solutio quam-  
uis clarissima solidissimaque nō quibūtuis oc-  
currit, refragatur quidem Bellamera decil. 179.  
& 181, sed satis temere.

112 Ait Pont. in additione, *timens ne literas por-*  
*Vrie literas taret Uriæ.* Notissima cunctis est historia hæc  
sacra ex libri secundi Regū cap. 11. De illorum  
autem improbitate furtoq; qui literas ad alios  
conscriptas atque clausas aperiunt ac legunt &  
epistolas alienas intercipiunt, præter hunc lo-  
cum consulendus est Vlpianus in l. eum qui-  
mit. 13. §. si epistola. π. de furt. vbi ex professo  
de furti actione pro sola epistola intercepta  
dispu-

113  
Epistolarum  
alienarū in  
interceptio qua  
le delictum.

*Comment. in c. cùm olim. de rer. permut.* 71

disputat; quemadmodum & Paulus cōtra La-  
beonem de epistolæ tabellario traditæ domi-  
nio in l. si epistolam. 65. quę est penult. in prin-  
cip. π. de aquit. rer. dom. vbi rescriptę literæ  
fiunt eius ad quem rescribuntur simulatq; Ca-  
bellatio scribentis prioris traditę fuerint. ita  
Summus Pontifex & hoc loco literas ad se per  
iudices delegatos pro relatione totius litis cō-  
scriptas & alteri litigantium traditas vt ad se  
(Pontificem) perferrentur, suas videtur nomi-  
nare dum verbis vtitur hisce, verūm s̄æpedi-  
ctus B. delegatis nostris non deferens immò  
vertiūs delegantis sigilla violauit & illorū scri-  
pta quę nobis fuerant pr̄sentanda non eru-  
buit aperire. quo loco vocula & pro id est for-  
sitian ponitur. Sed hęc vt obiter duntaxat inci-  
dential nec ad permutationis beneficialis mate-  
riam pr̄cipue spectantia pr̄tereamus.

Ait Pont. & hunc Pr̄positura & illum Ar-  
chidiaconatu curauimus spoliare. Sciolus hic ali-  
quis fortè legendum putaret curauimus spo-  
liari: sed rectissimē sese habet nostra lectio  
cunctis in libris etiam antiquissimis constan-  
tissima. quandoquidem non per iudicem vl-  
lum delegatum suis beneficiis curauit hosce  
spoliari Pontifex, at ipsem per suam senten-  
tiā definitiā spoliauit. ergo verba hęc cu-  
rauimus spoliare sic interpretaberis id est curæ  
nobis fuit vt spoliaremus. quo ex loco & illud  
obiter obserua, spoliationem non ad iniustam  
duntaxat ademptionem referri verumetiam  
ad priuationem quę iure fiat meritissimo. sic

e iiiij & ab

114  
*Epistole ta-  
bellario tra-  
ditæ dominii  
penes quos.*

115  
*Sentētia ver-  
borum Cu-  
rauimus  
spoliare.*

116  
*Spoliare in  
bonam par-  
tem.*

72 De Sat. perm. benefic. iure.  
& ab hostibus referuntur spolia, sic à suis do-  
minis lana spoliantur oves & fructibus arbo-  
res. Ceterum digressione longissima querunt  
hic Interpretes nostri post Glossographum in  
voce *definitiūam*, occasione spontanæ confes-  
sionis hic per Archidiaconū factę, an cōtra cō-  
fessum sententia sit opus. nam licet confessus  
in iure pro iudicato sit habēdus eo quod quo-  
dammodo sua sententia damnetur. I. 1. n. de  
confess. & I. vnic. C. de confess. hic tamen, vt  
& in c. 2. s. de confess. & alibi frequenter, sen-  
tentiam videmus interuenisse. Nos itaque bre-  
uiter (vt in digressu nihil ad beneficiorū per-  
mutationes pertinente) sic optimè distincturi  
videmur, si dicamus in ciuilibus quidem causis  
ante litis contestationem in iure confessos per  
sententiam condemnandos amplius non esse,  
solo iudicis præcepto seu iussu de soluendo  
sufficiente. I. si Reus. n. de Procurat. l. si debi-  
tori. n. de iud. post litem verò contestatam in  
iure confessos per sententiam nihilominus  
condemnati debere. quō facere putatur l. de  
qua re. n. de iud. quanquam tutius atque se-  
cūtius esse iudico creditori, semper & indif-  
ferenter petere sententiam, non in contentio-  
nis tantùm sed & in spontaneis atque volunta-  
tiis; quod & vsu passim videtur obtinuisse:  
quantumlibet in spontaneis his Interpretum  
nemo sententiam requirat. in criminalibus  
certè confessi nunquam pro iudicatis haben-  
tur propter tam graue causarum pondus, ideo-  
que sententia prorsus erit opus; vt sit in hoc

117  
*Iis iure con-  
fessus an &  
quando per  
sententiam sit  
condemnan-  
dus.*

Comment. in c. cùm vniuersorum. de rer. perm. 73  
nostro capitulo quod simoniacorum conti-  
net condemnationem & in l. si confessus π. de  
custod. & exhibit. Reorum.

CAP. 8. CVM VNIVERSORVM.

Idem Archiepiscopo & P. sancti An-  
dreæ Colonieas.

Cum vniuersorum. & infra. Intelleximus  
G. Canonico referente, quòd cùm ipse & L.  
clericus de permutatione præbendarum suarum in-  
ter se tractare cœpissent, quam utilitatibusque  
imminere credebant, tandem idem L. præbenda  
eiusdem G. cuidam consanguineo suo adsignata,  
præbendam suam ei sicut promiserat noluit resigna-  
re: & infrà. Cum igitur deceptis & non decipien-  
tibus intra subueniant, licet ipsi per se de ire nō pos-  
sent ecclesiastica beneficia permutare; ut tamē sim-  
plicitati venia tribuatur, mandamus quatenus, si  
confiterit prataxatum G. taliter fuisse deceptum,  
amoto à præbenda sua consanguineo ipsius L. vel  
quolibet alio illicito detentore, eam restituui faciat is  
idem.

Locus hic eiusdem est Innocentij Tertij  
Pontificis de quo diximus ad capitulum præ-  
cedens. Decisio capituli breuiter hoc sibi vult,  
Argum. cap. cùm vniuer-  
sorum.

beneficium ex causa permutationis resigna-  
tum restitui debere resignanti, compermutan-  
te altero permutationem non implente. Facti  
speciem iurisque decisionem contextus inte-  
gerex antiquioribus & manuscriptis locuple-  
tatus atque restitutus editionibus lôgè clario-  
rem reddit & illustriorem. Sic igitur habet.

c v Idem

Idem Archiepiscopo & Præposito sancti  
Andreae Coloniensis.

<sup>119</sup>  
Integri con-  
textus resti-  
tutio.

Cum uniuersorum fidelium ab ipso Domino  
Iesu Christo pastoralis sit nobis cura com-  
missa, solicitudini nostræ incumbit vel dignosatur  
expedire ut sic debeamus quoslibet in suis rationi-  
bus confouere quod aliquorum iura in conspectu  
ecclesiæ dispendium non sustineant sed firma & illi-  
bata debeant permanere. Intelligimus G. canonico  
sancti Joannis Leodiensis referente quod cum ipse  
& L. clericus ducti leuitate quadam de permuta-  
tione præbendarum suarum tractare coepissent, quam  
utilitati viriusque imminere credebat, tandem  
idem L. præbenda eiusdem G. quam in ecclesia san-  
cta Maria Namurcensis habebat cuiuslibet suo con-  
sanguineo assignata, præbendam sancti Bartholo-  
mai quam sacerdotio G. repromiserat, ei noluit re-  
signare. & infra. Cum igitur deceptis & non deci-  
pientibus iura subueniant, licet ipsi per se deire  
non possent ecclesiastica beneficia permutare, ut ta-  
men simplicitati via tribuatur, mandamus, qua-  
tenus, si constiterit prætaxatum G. taliter fuisse  
deceptum, amoto à præbenda sua consanguineop-  
sis L. vel quolibet alio illico detentore, eam re-  
stitui faciat isdem.

Testatur Bernardus Parmensis antiquus de-  
cretalium Glossographus permutantes hosce  
G. & L. prius litigasse super hac permutatione  
coram Episcopo Leodiensi satis diu; quod est  
verisimile, sed istum L. deceptorem prouocaf-  
fe ad sedem apostolicam, neque tamen eo vel  
iuisse vel misisse. sicuti ferè solent qui sibi met-  
tentur confituntur.

Comment. in c. cùm vniuersorum. de rer. perm. 75

conscij sunt iniustæ tergiuersationis & appellationis friuolæ; G. verò deceptum illuc profectum fuisse atque rem totam gestam retulisse Summo Pontifici, qui iudices tandem delegatos hic nominatos & expressos dederit. Antiquiores plerique Doctores nostri, Innocentius nimirum quartus, Ioannes Andreæ, Antonius de Butrio, similesque, sic accipiūt hoc nostrum capitulum quasi principaliter in eo decideret Pontifex, eos qui beneficia sua permutant auctoritate propria priuandos iis esse nisi simplicitate quadam & non malitia peccaverunt, quo casu simplicitati parcendum esse; atque ita capitulum hoc meram continere gratiam: sed longè tum verior tum iuri permutationum perpetuo conformior est Floriani & Ioan. Imolensis & Zabarellæ Cardinalis & aliorum recentiorum summaria capituli huius comprehensio principalis quam præmisimus initio. Nam cùm rerum permutatio referatur inter contractus innominatos toto tit. π. de ter. permutat. pœnitentiæ locus est re integra l. 3. in principio. vers. sed si tibi. & vers. quid sita. π. de condic. caus. dati caus. non secut.

Res autem dicitur integra illi cui contractus non est impletus, non autem illi cui iam impletus est contractus iuxta Glossographum & DD. ad l. 1. π. de condic. caus. dati caus. non secut. Ideoque G. hoc loco deceptus ab L. optionem habuisset agendi vel pro permutationis impletione (nisi simoniaca fuisset vel aliquid saltē simoniæ sapuisset) vel ad beneficij sui re-

120  
Antiquorum  
de hisus cap.  
arg. sententie.

121  
Pœnitentiæ lo-  
cūs in cōtra-  
etibus inno-  
minatis. &  
quatenus &  
quandiu.

122  
Optio actio-  
ni in cōtra-  
etibus his  
contra non  
implentem.

76      *De Sat. permut. benefic. iure.*  
sui restitutionem per cōdictionem.l.naturalis,  
in princ. vers. sin autem rem do. & l. si tibi de-  
cem.π. de pr̄script. verb. & in fact. act.l quo-  
niam. C. de rer. permuat. quo postremo qui-  
dem loco proponitur permutatio persimilis  
huic nostræ; quandoquidem fundus cum do-  
mo quadam permutatus erat, & is qui fundum  
acceperat domū vicissim non reddiderat; unde  
& per Imperatores contra non impletē con-  
ceditur implenti vel eius heredibus optio vel  
impletionis perurgendæ vel fundi sui repeten-  
di. Sed obijcitur aduersus hanc optionis facul-  
tatem locus Pauli IC. in fin. l. 1. π. de rer. per-  
mut. scribentis, ex altera compermuntantium  
parte traditione facta si alter rem tradere nolit,  
nō in hoc nos acturos vtiq; quod interest no-  
stra illā rem accepisse de qua vicissim reden-  
da conuenit, sed cōtrā, vt res nostra nobis red-  
datur condictioni locum esse quasi re non se-  
cuta. quid magis optioni contrarium? respon-  
dent vnanimiter omnes Interpretes nostri post  
Glossographum in d. l. 1. ad verb. *agemus*, & re-  
ctissimè respondent, verba Ic. hæc non in hoco  
gemus ita sumenda esse id est non in hoc solum

<sup>123</sup>  
*Sent. l. 1. in*  
seu tantūm seu dumtaxat agemus, at vel in hoc  
fin. π. de rer. vel in aliud prout nos ipsimet maluerimus. id  
permut. quod & modò memoratæ leges apertissimè  
docent & ratio viua suadet, cùm p̄enitendi fa-  
cultas illa legis beneficiū sit implenti, non autē  
pr̄iudicium; & quod ob gratiā alicuius con-  
ceditur in eiusdē dispendiū non sit retorquen-  
dum.c. quod ob gratiam. de regul. iur. in 6. Nec  
int̄c-

Comment. in c. cùm vniuersorum. de rer. perm. 77

infrequens est Ic. ea loquēdi phrasis, immò familiaris & frequens eaque perelegans, vt vide-  
licet vocula tantūm seu solū seu dumtaxat sub-  
audiatur & intelligatur, vt pote negationi ple-  
rumque non addita vbi tamen additam censer-  
tes ipsa postulat; quemadmodū variis exemplis  
ostendunt Antonius Augustinus Emendationū  
& Opinionū suarū l. 2. c. 1. §. maximè verò om-  
nium utile est. & Gilbertus Regius Noserenus  
priore suo libello ἐναγριοφανῶ c. 7. ac rursus li-  
bello 2. c. 10. vbi hūc locū Pauli sigillatim tan-  
git cōtra sui Præceptoris Petri Lorioti senten-  
tiā, requirentis vtrinq; tem fuisse traditā prius  
quā ex permutatione nascatur obligatio. quod  
est à verò remotissimū, quoad eum qui imple-  
uit, vt cui mox ab impletione cōpetat ex obliga-  
tione cōtractus permutationis actio, & quidē  
ex pluribus actionibus optio, nimirū vel præ-  
scriptis verbis adimplendā permutationē vel (si  
peniteat) condicō causa dati causa nō secuta.

Neque tamem inficior equidem quin gra-  
tiam quoque contineat hoc nostrū capitulum  
(gratiæ nempe fuit non priuasse suis beneficiis  
hosce permutantes non omnīd simoniaca la-  
be carentes vti paulò pōst clariū ostendetur)  
sed gratia semel interueniente vel etiam sepo-  
sita gratia si videlicet legitimè seu canonice fa-  
cta fuisset permutatio, ius hic merū quoq; sta-  
bitur de beneficij ex permutationis causa resi-  
gnati recuperatione si alter quoq; compermu-  
tas vicissim non impleuerit permutationē. Est  
itaq; re vera in cap. hoc nostro & gratia & ius.

Hac

124  
Vocula tan-  
tum negatio  
ni sapientia  
addita sed  
intellecta.

125  
Obligatio ex  
permutatio-  
ne quando  
nascatur.

126  
Et gratia  
& ius hoc  
nostro capit.  
contineri.

Hac principali iuris decisione iam satis excussa, consequens est ut varias hinc emergentes alias quæstiones tractemus; quod commodius fiet in singulis capituli clausulis ordine diligenter examinandis & explicandis.

127

*De pastoratu  
summi Pontificis  
universali locus ille  
D. Ioannis Euangeliste  
Palæe oves  
meas com-  
modè & bre-  
uiter expli-  
catus è fonte  
Greco.*

Ait Pont. *vniuersorum fidelium pastoralis cura* sit nobis, &c. Clausula hæc hiérarchica est, jō-  
gè pulcherrima. Sgnificat autem Pontifex ac  
innuit locum D. Ioannis Euangelistæ cap. vlt.  
in his Christi domini verbis Diuo Petru ter  
inculcatiſ *pascere agnos meos, pascere agnos meos, pas-*  
*ce oves meas.* Vbi sermo græcus primo tertioq;  
loco habet verbum pascendi, Βόσχε; secundo  
autem, ducendi seu curandi, seu regedi seu gu-  
bernandi, πάμικαν; præterea primo loco idio-  
ma græcum sonat agnos vel potius agnellos,  
τὰ ἄρνια; posterioribus duobus locis, oves, τὰ  
πόβαλα. Quibus duobus verborum generibus  
(dico pascendi & regendi) pulcherrimè com-  
præhēditur suprema yniuersi pastoralis officij  
potestas, tam videlicet in iis quæ fidei Christia-  
næ catholice sunt quasi pro pabulo spirituali  
præscribendis, quam in iis quæ ad formandos  
mores homine Christiano dignos pertinent  
pro recta yitæ norma sanciendis, quidquid  
enim vel ab ipso Deo optimo maximo vel ab  
eius ecclesia seu ecclesiæ gubernatore Summo  
Pôfifice nobis proponitur, ad alterum è duo-  
bus præceptorum legumque generibus perti-  
net, aut ad credenda aut ad facienda: ut sic ro-  
tus homo & quoad Intellectum & quoad Vo-  
luntatem rectè riteque ad regnum cœlestis in-  
struatur;

128

*Summa le-  
gislationis v-  
niuersitatis Ec-  
clesiastice,  
fidei catholi-  
cae declara-  
tio & morū  
reformatio.*

129

*Credenda &  
Facienda.*

Comment. in c. cùm vniuersorum. de rer. perm. 79  
struatur; facultatibus naturalibus ad hoc mi-  
nimè sufficientibus. Ad quæ duo rerum gene-  
ra per consequens refertur vniuersum hoc ius  
Pontificium seu ecclesiasticum, siue de Conci-  
liis & Patrū sententiis à Pōtifice probatis que-  
ratur siue de solorū Pontificū Constitutioni-  
bus. Hinc in toto Cōcilio Trident. nihil aliud  
quam nunc fides catholica per Canones adse-  
ritur, nunc mores per Capitula reformatur.

130  
Canones &  
Capitula.

131  
Quinā agnel  
li, quenam  
ones.

Quorum alterum est pastionis, τὸ βόσχον; alte-  
rum est curæ seu regimini, τὸ ποιμαίγνην: idque  
siue de tenellis adhuc & catechesi indigētibus  
agatur, qui sunt instar agnellarum, siue de pro-  
vectioribus atque perfectioribus qui plenio-  
ribus imbuuntur mysteriis & instar ouium pa-  
scuntur grandiorum. Sed hæc obiter quidem  
at minimè importunè contra lupos dicta sint  
hæreticos & schismaticos qui summum om-  
nium Christianorum in terris Pastorem Pe-  
trum eiusque successorem indubitatum Pon-  
tificem Romanum non agnoscent, & agnelli  
ac ouibus Christi hoc est vniuerso gregi domi-  
nico perfidè, furibundè, crudeliter, insidiatur,  
vt ouiculas ab ouili separatas & à vero suo pa-  
store seductas atque diuulsas immaniter ma-  
tent deuorent atque deglutiant & in gehēnæ  
tandem æternæ barathrum præcipitent. Cete-  
rum de Hiérarchia nos in Antiquitatibus no-  
stris ecclesiasticis peculiare dedimus inter alia

132  
De Hiérar-  
chia Synta-  
gmatum Au-  
toris.

Syntagmatum vbi pleniū hanc rem demon-  
strauiimus, vt & in Syntagmate de Prouoca-  
tione; quō nunc studiosos remittimus, vt ad

alia

80      *De Sat. permut. benefic. iure.*  
aliam magis forensia quæstionum genera per-  
gamus.

133  
*Procurator  
ad permutā-  
da beneficia.*

Ait Pont. *Intelleximus G. canonico referente.*  
Quærerit huius relationis personalis occasione  
Collectarius noster, Gaufredus nempe, nun-  
quid Procurator simpliciter, constitui possit  
ad permutandum beneficium cum alio? causa  
dubitandi fuit quod Procurator nemo consti-  
tui possit nisi ad ea quæ dominus ipse facere  
possit c. vlt. s. de dilat. atqui nemo per se po-  
test simpliciter permutare beneficium suum  
ecclesiasticum cum alio, sed superioris accede-  
re debet auctoritas; ut præter alia plurima loca  
hoc etiam nostro capit. & capit. præcedenti  
constitutum videmus. Concludit itaque Gau-  
fredus hic nu. 1. Procuratorem ita quidé con-  
stitui non posse; sed nihil obstat quo minus  
(quod est in praxi quotidianum) constituatur  
procurator ad resignandum beneficium ex causa  
permutationis in manu superioris id est Epi-  
scopi cum hac adiecta conditione si eidem E.  
piscopo placeat resignationem sic acceptare:  
quia nec aliter vel permutare vel resignare po-  
test ipsem dominus id est beneficij possessor

134  
*An unus i-  
demq; posse  
esse Procura-  
tor utriusq;  
permutantis.*

qui permutationem fieri desiderat. Grauioris  
est quæstionis à Federico Senensi non ine-  
ganter motæ in tractatu suo de permutatione  
beneficiorum quæst. 37. an unus idemque po-  
sit esse Procurator utriusque permutantis: ac  
respondet, ita se se credere, nimirum posse; at-  
que ita in praxi obseruari. nec enim nouum  
quid esse ut unus idemq; vicē gerat plurim;

vñfīt

Comment. in c. cùm vniuersorum. de rer. perm. 81  
vti sit in cap. ex literis. s. de probat. vbi vnuſ  
idemque & Actoris & rei vice fungitur, ſicut  
in omnibus iudiciis duplicibus vel mixtis vel  
communibus. item in l. accipientis & edentis.  
z. de auctoritat. & consens. tutor. & curat. vbi  
vnuſ idemque tutor vna & eadem auctorita-  
te duobus pupillis fit author, & accipienti ſci-  
licet & edenti iudicium, hoc eſt Reo & Acto-  
ri; quorum ſcilicet alter à quodam tertio con-  
ueniebat, alter eundem tertium conuenie-  
bat. de qua l. consulendus eſt vtiliter Ioannes  
Aurpachus lib. 2. allegat. cap. II. Veruntamen  
huic Federici Senēſis opinioni prima facie ve-  
hementer obſtat l. licet in popularibus. 42. §.  
ſiplures. π. de Procurat. vbi ex professo de vno  
todemque procuratore queritur duorum vel  
plurium inter ſe litigantium, & quidem iudi-  
cio dupliſ ſeu communi ſeu mixto contenden-  
tiuſ, hoc eſt familiæ herciscūdæ vel commu-  
ni diuidendo vel finium regundorum; neque  
tamen vnuſ idemque permittitur vtriusque  
partis eſt Procurator, propter adiudicationes  
& condemnationes; niſi forte vnius coheredis  
pendente iudicio morientis plures extiterint  
heredes qui ſint omnes loco vnius. d. §. ſi plu-  
res, & l. ſi familiæ. π. famili. hercif. facit l. cui  
fundus. 56. π. de condit. & demonſt. Et verò  
quid absurdius quām vt vnuſ idemque Procu-  
rator, & Actoris & Rei in contraria nitētium  
ſuſtineat partes, vel pro vtroque de calumnia  
laret, vel duobus dominis inter ſe pugnanti-  
bus idoneeſ ſeruiat? Quid ergo de iſthac Fede-  
ri

f rici

82 De Sat. perm. benefic. iure.  
rici Senensis opinione dicemus? Evidem Fe-  
derico assentior, quatenus de Procuratore que-  
rit spontaneæ duorum permutantium resigna-  
tionis; quia tales in contraria minimè nitur,  
sed vnum idemque volunt; ideoque nihil ve-  
rat quo minus per vnum eundemque Procu-  
ratores res expediatur id est resignatio mutua  
fiat in manibus Episcopi & collatio per Epi-  
scopum tali Procuratori, nomine scilicet pro-  
curatorio. quamquam & ipsis dominis quan-  
tumlibet absentibus collatio fieri potest, ita ut  
Procuratoris interuentione non sit eatenus o-  
pus. c. si tibi absenti. de præbend. lib. 6. Sanè  
si de permutatione lis inter permutantes exo-  
tiretur postea ( sicut hic) dubitandum non est  
quin vnum idemque Procurator utriusque serui-  
re nequeat d. l. licet. §. si plures. π. de procurat.  
E contrario quoq; queritur haud inutiliter, an v-  
nius eiusdemque permutatis vel cuiuslibet al-  
terius litigantis in vna & eadem causa plures  
admittantur Procuratores? Atque iuris esse vi-  
detur mediocriter expediti, plures admittendos  
non esse; l. iam tamen. §. si tamen. π. iudicatum  
solui. & arg. l. si quis cum procuratorio. 31. §.  
vnius litis. π. de procurat. adeò vt si quis duos  
aut plures ab initio constituerit in solidū Pro-  
curatores, occupantis melior sit conditio l.  
pluribus procuratoribus. 32. π. de Procur. vel  
si post interuallum seu diuersis temporibus duos  
quis constituerit Procuratores, posterioris  
datione priorem prohibuisse vel reuocasse vi-  
deatur. d. l. si quis cum procuratorio. in ipso

135  
*Collatio be-  
neficij fieri  
potest absen-  
ti & igno-  
ranti.*

136  
*An vnius li-  
tigantis plu-  
res admittā-  
tur Procura-  
tores.*

Comment. in c. cum vniuersorum de rer. perm. 83

fin. Quæ quidem sunt ita firmiter constituta,  
vt etiam si ex postfacto plures extiterint illius  
vnius debitoris litigatis heredes (in quos alio-  
quin actiones omnes hereditariæ tam actiuæ  
quæ passiuæ pro portionibus hereditariis ipso  
iure diuiduntur in rebus quidem per se diui-  
duis. 1. C. si certum petat. L. i. & 2. C. de he-  
redit. act. hi tamen omnes heredes vnicū dum-  
taxat possint dare procuratorem; ne defensio  
per plures scissa incommmodo aliquo afficiat a-  
ctorem d. §. si tamen. l. iam tamen. ff. iudicat.  
sol. & d. l. si familiæ. π. famil. hercise. quod  
secus esset si lite contra defunctum debitorem  
nondum inchoata primùm contra plures he-  
redes ageretur seu lis inciperetur, vt qui singu-  
li singulos dare poterint procuratores d. §. v-  
nius litis l. si quis cum procuratorio. π. de Pro-  
curat. prout eum §. interpretatur Bart. ad d.l.

137  
*Quid in plu-  
ribus heredi-  
bus debitoris  
convenit?*

iam tamen. §. si tamen. π. iudicat. sol. Pluribus  
tamen vnius creditoris eiusdemque Actoris li-  
te pendente morientis heredibus non impo-  
nitur necessitas vt omnes per vnu litigent Pro-  
curatorem; quia nec omnino litigare tenentur:  
ergo si litem prosequi velint, procuratore quo-  
que diuerso singuli pro sua parte poterunt uti  
pro suom arbitratu. d. §. si tamen. vers. aliud  
est. Atqui, dices, actoribus non est permitten-  
dum quod Reis non licet. Respondendum est,  
id ita verum esse si Reorum vertatur præaudi-  
cione: sed in proposito Reis vel Reo utilius est  
pro partibus tantum conueniri quam proto-  
to. quandoquidem singuli creditoris heredes

138  
*Quid in plu-  
ribus heredi-  
bus credito-  
ris agentis?*

f ij non

139  
*Ratio viue  
diuersitatis  
cur nimirum  
plures Actoris*

*ris heredes pluribus pos-  
sint uti pro-  
curatoribus,  
plures vero  
Rei heredes  
non item.*

non nisi pro sua parte possunt agere (quod est facilius debitori propter solutiones particulares) nec illorum ,litem prosequi vel alioquin agere fortassis nolentium ,pars alijs coheredibus accrescit amplius post familie hereditate*judicium semel inter ipsos finitum seu post patres hereditatis vnicuique suas iam distributas.*

*Itaque si vel nondum diuiserint hereditatem vel saltē pro indiuiso sibi reseruauerint actiones hereditarias hi creditoris defuncti heredes numero plures ,non nisi per vnum quoque poterunt agere Procuratorem.l. quod si nolit. §. si plures. π. de ædilit. edict. vbi ad redhibendum ex ædilitio edicto seruum plures*

*vnius emptoris heredes inter se consentire debent ac vnicum dumtaxat dare Procuratorem; ne scilicet aliis quidem redhibentibus,aliis vero quanto minoris experiuntibus ,injuriam patiatur venditor dum ab aliis patrem seruum recipere cogeretur (pretio pro eadem parte refuso ) aliis quanto minoris condemnatur; quo fieret ut ille seruus venditori cum posterioribus hisce communis esset etiam inuito, quod esset iniquissimum. quare vel totus homo redhibendus erit, quod intra sex menses à venditione fieri oportebit, vel omnino non redhibendus ; relicta scilicet agendi quanto minoris potestate, sed intra annum dumtaxat utilem. l. sciendum. §. tempus. π. de ædilit. edict. Si quis rationem desideret cur plures vnius eiusdemque litigantis non admittantur neque tolerentur in eadem causa Procurato-*

140

*Quando plu-  
res creditoris  
heredes unico  
teneantur esse  
contents pro-  
curatore.*

141

*Exemplum in  
actionibus ex  
A Edilitio e-  
dicto.*

*res,*

Comment. in c. cùm vniuersorum. de rer. perm. 85

res ea multiplex reddi posset: nobis in præsen-  
tia pro ratione sufficit litium pro crastinatio-  
protractioque miserrima pluribus procurato-  
ribus interuenientibus; alio scilicet alterius ratores.

142

Ratio cur pla-  
res nō admit-  
tantur procu-  
ratores.

absentiam frequenter causaturo & eius præsen-  
tiam desideraturo morasque semper alias ac a-  
lias nexuro, non sine grauissima vexatione col-  
litigantis: & quod alioqui satis præclarè cum  
litigantibus agatur si vel vnico sibi liceat hinc  
inde vti procuratore; cùm ad lites mature fia-  
niendas & ad veritatē facilius & citius eruendam  
plurimum faciat interuentio semper per-  
sonalis. vnde priscis temporibus non temere  
neque promiscue procuratoribus vti liberum  
fuit ne in causis quidem ciuilibus nedum cri-  
minalibus. Institut. de iis per quos ager. poss.  
in princ. Sed hæc de Procuratoribus adhiben-  
dis vel non adhibendis obiter haec tenus.

Ait Pont. *inter se tractare cœpissent. Quærūt*  
hic Interpretes plerique omnes an solum tra-  
ctare de permutādis beneficiis prohibitum sit  
quemadmodum prohibita est ipsa permutatio  
vel ipsum permutare. Ac Glossographus qui-  
dem noster in verb. *tractare* sic aperte sentit. al-  
lati ad hoc præcedētibus aliquot capitulis, id  
minimē tamen probantibus, cùm loquātur de  
ipsamē permutatione iam perfecta. Glosso-  
graphum sequuntur Innocētius & Petrus An-  
charanus, hac præcipuè moti regula iuris in 6.  
cùm quid prohibetur, prohibentur omnia quæ  
sequuntur ex illo, vel etiam quæ præparant  
viam ad illud. quem in finem simul allegant

143

Tractatus de  
permutandis  
beneficiis an  
sitprohibitus.

f iij l. ora-

I. oratio. n. de sponsal. quo loco sponsalia prohibentur inter eos quibus & nuptiæ sunt prohibitæ; cùm per spōsalia soleat ad nuptias p̄ueniri tanquam per quædam præparamenta; sicuti per tractatum de permuto venit sollet ad ipsam permutationem. Quę sententia videtur etiam iuuari per hoc quod Pōrifex hoc ipso loco simplicitati se parcere dicat; nam si nihil fuisset hic à tractantibus de permuto peccatum, parcere non fuisset opus neque gratia illa indiguisserent. Attamen his vel similibus aliis quibuslibet argumentis non obstantibus, verior & benignior esse videtur sententia contraria, quæ & communis est & vſu confirmata, simplicem nudumque tractatum de permuto beneficiis non esse vel hic vel alibi prohibitum. quia simplex tractatus non habet firmum propositum vel animum planè deliberatum & resolutum sed solam nudamque deliberationem pendentem sine conclusione vel absoluto consensu. c. vlt. ſ. de his quæ fūnt à maior. part. capit. & c. tua nuper ſ. de his que fūnt à prælat. sine consens. capit. Nec ad rem faciunt argumenta in contrarium allata; quandoquidem regula ista, cum exemplo sponsalium, intelligitur de simpliciter & absolute prohibitis: at qui permuto beneficia non est prohibitum simpliciter & absolute, sed auctoritate tantum propria permuto prohibitum est, non autem cum consensu Episcopi, c. quæsum. & c. cùm olim. hoc nostro tit. Quod verò parcatur hic iis qui de permuto tra-

Etanc.

etauerant, non sit propter nudum tractatum sed propter absolutum ad permutanda beneficia consensum; adeò ut & resignatio iam ex altera parte subsequeretur, altera simul parte beneficium sic resignatum cōsanguineo cuidam suo confessim assignante; sicuti patet ex ipso contextu: quin & accedente promissione memorati L. de præbenda sua vicißim resignanda huic G. (Laurentium nominat hic alterū Ioannes Imolensis, alterum verò Gerardum) cùm tamen Episcopi consensus non inueniatur petitus. deinde iuxta Panormitani traditionē hic nu. 7. in fin. resignatio Gerardi fiebat in fauorem tertij, nimirum illius qui Laurentio consanguineus erat. Atque his in rebus latebat hulcus istud quod hic cīump̄ebat; & hinc illæ lachrymæ, vel potiùs hinc gratiæ Pontificalis quasi malagina medicum quoddam quo varie delinquentibus parcebatur: quam tamen gratiam fortassis vix impetrassent, si non ex leuitate quadam sed malitiose peccasset. de qua quidem leuitate constat ex integroris contextus nostri supplemento. Quamuis igitur passiones omnes beneficiales ut ac tanquam simoniacæ damnentur, c. cùm pridem. &c. vlt. ſ. de pa&t. huiusmodi tamen tractatus nudus de permutatione beneficiorū canonice facienda vitio simoniæ caret. adeò ut etiamſi publicum fieret inter ita tractantes instrumentum, stipulationibus atque promissionibus interuentibus de Summo Pontifice vel eius Legato vel Episcopo super approbatione permutatio

f iiiij tionis

144  
Quia in re pec  
cauerint hi  
permutantis.

tionis adeundo, cuius videlicet ad arbitrium & nutum omnia referant hi permutaturi, nihil ab his improbè factum censeretur. alioquin enim permutatio beneficiorum nunquā perfici posset, nisi vel tractatus vel tractatio talis prævia periculo careret: nam quī perueniretur ad permutationē sine præfationibus ullis vel sermonibus vltro citroq; habitis? Qua de re longos vide logos apud Boërium decim. 205. ac De ciū consil. 141. non nihil etiā adferente Rebusto part. 3. suæ prax. benef. tit. de perm. nu. 52.

& 53. Quibus ita positis, questionis deinceps est inter nos trōs admodum controvērsia, an si tractatus huiusmodi sit factus interueniente stipulatione vel etiā iureiurando (de dāda scilicet opera curandoq; ut vel per P̄tificem vel eius legatum vel per ordinarium id est Episcopum permutatio futura probetur) ac post huiusmodi tractatum pars altera ducatur p̄cūnitētia neque promissū velit implere, per alteram partem iure cogi possit, ut stet promissis & permutationem futurā quantum in se est impletas? Ac quoniam nihil hic est illicitum, neque res inter contractus innominati (qui nullus adhuc initus est) limites cōstituit sed vel in stipulacionem vel in iusinrandū abiit, ratio fidei liberandae suadet ut resiliere nō liceat altero inuito, sed promissū sit implendū. quod & Federicus ille Senensis quæst. sua 28. iustissimē probat ac alij merito sequitur. nec enim stipulatio hęc est accessoria sed principalis, ita ut per se subsistat neque naturā contractus innominati sequatur.

Ait

<sup>145</sup>  
An à stipula  
tione vel etiā  
iureiurando de  
permutandis  
beneficiis re  
siliere liceat  
inuita parte  
altera.

Ait Pont. quam vtilitatı vtriusque imminere credebant. Imminere vtilitatı vtriusque credebant si ambo permutantes hanc suam permutationem; hoc est, credebant eam vtrique profuturam. sic enim Pōtifex ipsorum permutantium videtur vti sermone satis improposito longeque petito, non suo proprio. quanquā quod imminet, futurū scilicet est. Sed ad rem. notat hic obiter nostri Doctores, & recte notat, permutationem beneficiorum fieri posse vel ob solam permutantium vtilitatem etiam si non ita singulariter ipsius ecclesiæ vertatur vtilitas: qua de re quia superius ad fin. cap. Quæsitum. dissenuimus, non est quod hic laboremus: hoc tamen uno superaddito, priuatam permutantium vtilitatem redundare simul in aliquam semper vtilitatem ipsius ecclesiæ cui seruiunt; nam, quanto lubenius in aliqua quis ecclesia viuit, tanto alacrius ibidem Deo seruit.

Ait Pont. Prabenda eiusdem G. cuidam suo consanguineo assignata. Quod si permutatio hec legitimè fuisset facta, nihil in hac assignatione fuisset peccati, sicut ex D. Thoma probauimus ad cap. præcedens vbi de resignationibus in fauorem disputabatur.

Ait Pont. Prabendam suamei sicut promisebat, noluit resignare. Causatus fortasse simoni callide; cum potuissent ambo permutantes coram Episcopo suo Leodiensi cōparere atque permutationē suā cum ipsius cōsensu canonice perficere simul & semel; quandoquidē Namurū vbi Gerardus habebat suam præbendā,

f v tum

146  
Imminere vtilitatı vtriusque i. vtriusque profuturum, vel utile futurum.  
Rhetorica Supplicantie.

147  
Vtilitas clericorum priuata reiudicata in ipsius Ecclesiæ utilitatem.

148  
Confanguisneis per Ecclesiastica beneficia consolere.

149  
Permutatio beneficiorum hinc inde simul & semel implenda.

tum temporis Episcopo Leo diēsi quoque suberat; quamobrem non ex interuallo alter post alterum resignare debuisset sed pariter & uno actu. Verū quando beneficia permutantia sunt in diuersis diœcesisbus (vti nostris

<sup>150</sup>  
An ex inter-  
uallo recte  
fiat permu-  
tationis im-  
pletio.

temporibus diuersa fuit erecta diœcesis Namurcensis à Leodiensi) quæritur à Doctoribus nostris an ex interuallo fieri possit hinc inde resignatio? nam cùm solius illius Episcopi sit vel approbare vel improbare beneficiorū permutationes in cuius diœcesi beneficia sunt sita, necessarium fuerit in quæstione proposita plurium Episcoporum impetrare consensum. Ac multa quidem ostendit incommoda Ioannes Andreæ ad capit. vnic. de permuat. lib. 6.

quæ ex huiusmodi temporis interuallo sequi

possent; qualium incommodorum insigne vi-

demus exemplū hoc ipso cap. inter Gerardum

& Laurentium quorum hic illum callidè in-

duxit ad prius resignandum, ac postea in vicil-

sim dando metuit simoniam sed in accipien-

do non metuit. Cæterum quia difficillimum

foret, uno & eodem temporis momento par-

tim id est uno loco per se partim id est alio

loco per Procuratorem diuersos Episcopos

adire, incunctanter in hanc ab omnibus itum

est sententiam ut ex interuallo recte fiat hinc

inde resignatio. qua de re breuiter post alios

antiquiores Rebussus. d. tit. de permutatione.

nu. 36. & seq. Quid ergo si duo Pastores diuer-

sarum diœcelsium permutent inter se suos pa-

storatus? nunquid is cui prius facta fuit Pisto-

ratus?

<sup>151</sup>  
Duo rū Pa-  
storatum in  
diuersis diœ-  
cesibus sito-  
rum permu-  
tatio nō sine  
perplexitate.

ratus alieni resignatio moxque collatio, confe-  
stim excidet pastoratu proprio propter capit.  
de multa s. de præbend. & per consequens ni-  
hil habebit quod alteri vicissim resignet? quid  
enim vel quis impediet huius pastoratus iam  
vacantis impetrationem? Respondent vnani-  
miter omnes nostri, d. cap. de multa. s. de præ-  
bend. in quæstione proposita cessare, propter-  
ea quòd acceptatio beneficij cuiuslibet ex cau-  
sa permutationis non faciat quemquam pos-  
sessorem pacificum neque certum de retinēdo,  
nisi compermutans vicissim cōsequatur atque  
pacifice retinere possit sui compermutatis be-  
neficium; quod nisi fiat, liberum est ad pro-  
prium beneficium redire sicuti Pontifex hoc  
loco docet atque paulò pòst pleniùs ostende-  
tus; ideoque nulla prorsus ratio permittit ut  
per acceptationem talem pastoratus posterio-  
ris & alieni, mox vacet ac amittatur pastoratus  
prior & proprius: nam & alter Episcopus per-  
mutationem fortè nolet admittere, quo casu  
permutatio prorsus erit nulla suumque pro-  
prium retinebit uterque permutans pastora-  
tum. Pleniorum hac de re disputationem vide  
tum apud Collectarium in cap. vlt. hoc nostro  
tit. nu. 17. & seqq. & apud Senensem d. tracta-  
tu de permuat. quæst. II. ne cæteros nūc otio-  
sè memoremus. Neque mirū videri cuiquam  
debet per interualla permutationem impleri  
posse, cùm in rebus aliis extra beneficia per-  
mutandis etiam res illæ quæ nondum sunt in  
rerum natura sed quæ speratur futuræ putētur  
in per-

152  
Res nondum  
natas & in-  
certas in per-  
mutationem  
rectè venire  
ex Navarræ  
sententia.

92 De Sat. perm. benefic. iure.

in permutationem venire; sic videlicet, ut alter permutantium nunc in praesentia det, alter vero tum demum quando res illae fuerint in rerum natura: veluti si quis foetus aliquos animalium vel messem futuram permuteat cum superlectili iam parata praesentiique. quod licet Silvester atque dominicus Soto negent, verissimo tamen iuris videtur nisi fundamento, cum res nondum natas in emptionem & venditionem vel etiam stipulationem venire certissimum sit, quin & res incertissimas & fortasse nunquam extituras, ut iactum retis; ut rectissime Nauarrus, talem permutationem defendens, adnotauit in suo Enchiridio Confessar. cap. 17. nu. 283. litera marg. C. Quod quia praesentis loci non est, nos hoc tempore nec in hanc nec in illam partem concludere constituimus.

Quod autem propositae questionis est de duobus diuersarum dicessum Pastoratibus vel aliis beneficiis incompatibilibus (quaedam cunctur) permutandis, & ex interuallo hinc inde resignandis, iure quis aliam deinceps hanc moueat questionem quid si sex integri

vel etiam plures interim labantur menses, an-

<sup>153</sup> An sex menses ne tum quidem post interuum tam longum villu<sup>m</sup> ceseatur ipso iure vacare pastoratus prout tempus, prius, ita ut per quem impetrari possit, & qui implenus permutationibus prefixum.

dem a collatore superiore, ut ac tanquam ad quem ex Concilio Lateranensi ius conferendi devolutum sit iuxta cap. 2. s. de concess. Præbend. præsertim cum permutantes grauitate peccare videantur in tam longa dilatione.

Respon.

Comment. in c. cùm vniuersorum. de rer. perm. 93

Respondet ex aliis non malè Rebuffus d. tit.  
de permutat. nu. 39. cùm neque vacet hic pa-  
storatus proprius, neque tempus vllum cer-  
tum sit à iure præfixum permutationibus im-  
plendis, nullas adhuc superioris collatoris esse  
patres, in conferendo scilicet: verùm si res ex-  
trahatur nimium, superioris est curare ut res  
vel expediatur vel in nihilum redigatur. quæ  
quidem quæstio de perficiendis beneficiorum  
permutationibus, etiam post vtriusq; permu-  
tantis resignationem Episcopo collationem  
differentia, generalis est; à Federico Senensi  
luculenter explicata d. suo tractatu quæst. 29.

Lepidæ porrò quæstionis est, quid si permu-  
tantium alter qui permutationem non imple-  
uit & cuius beneficium alteri compermutan-  
tum iam collatum est, inter has alterius  
moras moriatur (post viginti tamen dies à  
permutatione lapsos ob Regulam Cancella-  
riæ 18.) quoniam deueniat beneficium hoc  
alterius nondum resignatum vel quid eo fie-  
ri debeat? Sanè si de beneficiis huiusmodi  
quæratur incompatibilibus, dubium non est  
quin prius beneficium superstitis ipso iure  
nunc vacet per alterius ademptionem pacifi-  
cam iuxta d. capit. de multa. s. de Præbend.  
At si de simplici quæratur defuncti comper-  
mutantis beneficio iam superstiti compermu-  
tanti collato, vel etiam de alterutro non  
simplici (sufficit enim simplex esse dumta-  
xat alterutrum) superstes vtrumque retinere  
summo iure poterit; nisi quatenus religione  
plura-

154  
Collator su-  
perior an hic  
propter moras  
positaliquid.

155  
Quid si mo-  
riatur is qui  
permutationē  
implevit pri-  
usquam sibi  
viciſſim im-  
pleretur?

94 *De Sat. perm. benefic. iure.*  
pluralitatis (vt ita cum nostris loquar) prohibetur: quamobrem talis permutator superstes bona dicitur gaudere fortuna Rebocco. d. tit. de permuat. nu. 28. quod secus est in aliarum rerum permutationibus, quarum nempe ius transire potest in heredes. Excepi regulā Cancellariæ 18. de resignantibus infirmis, intra viginti dies à tali resignatione morientibus. nam talis resignation, siue simpliciter siue propter causam permutationis facta fuerit, viribus omnino caret; ideoque beneficium defuncti non ex ista resignatione sed per mortem vacare dicetur, atque cuilibet alteri liberè conferri poterit. Sed illud in ea Regula dignissimum est obseruatu, de resignationibus dumtaxat illis eam sumi quæ sunt in manibus Romani Pontificis vel Pontificij Legati partim ne successionis cuiusdam quasi hereditariæ ius appareat in beneficiis ecclesiasticis partim ne Collatores ordinarij semper excludantur à beneficiis iure suo conferendis. Quid ergo si resignationem alicuius infirmi ex causa permutationis acceptauerit ipsemet ordinarius idēque Collator, eodem illo resignante deinceps intra dies viginti moriente? Regula Cancellariæ nihil ad huiusmodi casum pertinebit; cùm volenti nulla fiat iniuria, nec Episcopus absque iustis causis permutationem probasse censeatur: poterat enim permutationem nō approbasse resignationemque non admisisse. Cuius interpretationis illustria quedam rerum iudicatarum extant exempla, decisionibus videlicet aliquot supremis

156  
*Regula Can-  
cellariæ de re  
signantibus  
infirmis bre-  
viter expli-  
cata.*

157  
*In ordinario  
Collatore ces-  
sare Regulā  
si admiserit  
resignationē  
vel in eam  
conferit.*

Comment. in c. cùm vniuersorum. de rer. perm. 95

supræmæ Curiæ Parisiensis confirmata, sicut apud Carolum Molineum in Commentario suo ad eandem regulam Cancellariæ. nu. 30. & multis seqq. est videre. Quid si collatio nō pertineat ad Episcopum qui permutationem probauit & absque consensu Collatoris (qua d' re quæstionem proposuimus ad cap. præcedens) resignationem admisit, moriente mox intra viginti dies illo qui resignavit? magis est ut Regulæ sit locus, cum ratio Regulæ secunda, de iniuria nimis quæ Collatori fit ordinario, minimè cesseret. Præterea diligenter est obseruandum, prædictam Regulam Cancellariæ loqui de resignantibus infirmis vel ægrotis, non autem de resignantibus bene valentibus: quia licet illi bene valentes mox à resignatione præter spem & expectationem inopinatò moriantur, etiam ante duos vel tres nedū viginti dies, resignatione nihilominus esse & sortietur; cùm cesseret omnis fraudandorū canonum sacrorum suspicio. Sed ad alia pergamus.

Ait Pont. *deceptis & non decipientibus iura subueniant.* Deception fuit in eo, quod Laurentius Gerardum ad prius resignandum callide videatur induxisse, neque tamen vicissim resi-

gnare voluerit nec Episcopū pro permutatione comprobanda (sicut oportebat) accedere, nec etiam Gerardo suum beneficium restituere, causatus fortè rem non esse integrum eò quod iam ad manum tertij cuiusdā, nimis sui consanguinei beneficium sibi à Gerardo resignatum collatione legitima seu canonica

perue-

158  
Quid si collatio nō sit Ordinarij, sed alterius non consentientis?

159  
Ad resignantes bene valentes nō pertinere illam Cancellariæ regulam.

160  
Deception qualis hic fuerit.

peruenisset, nec amplius in ipsius L. esset potestate. Sententia qua Pontifex hic virtutis de sumpta videtur è S. Velleano quod mulieribus opitulatur deceptis, non decipientibus l. 2. §. verba itaque Senatus-consulti. π. ad S. Vell. vbi fœminarum infirmitas vel simplicitas meruit auxilium, non calliditas.

Ait Pont. licet ipsi per se de iure non possint ecclesiastica beneficia permuttere. Constat ex hoc loco permutterantes hosce duos non petuisse consensum sui Episcopi in suis beneficiis permutterandis; quæ causa fuit cur haec permutatio non valuerit: sed quia non per malitiam sed simplicitate quadam peccauerat hac in re permutterantes, beneficium à Gerardo resignatum eidem restitu iubetur quo alio qui fuisset merito spoliandus, ut & Laurentius beneficio suo, iuxta cap. cùm olim. proximè precedens.

Ait Pont. ut etiam simplicitati venia tribuitur. Huius pronunciati vel gnomes vel sententiæ multa passim extant exempla per Glossographum huc allata.

Ait Pont. vel quolibet alio illico detentor. Sic fere solent iniqui & iniusti possessores in alias atque alias rem deriuare manus ulteriores, in veri domini præiudicium; quo facilius atque citius excidat ille recuperandi remedio. scilicet haec ars est hominum nequam & fallacium. Licet enim res etiam furtiva cum suo viatio transeat in quemcumque possessorem l. vitia. C. de adquir. & retin. poss. §. furtivæ quoque res. vers. quod autem dictum est.

161  
*Deceptis opiti-  
tulandum.*

162  
*Simplicitati  
parcendum.*

163  
*Ars iniusto-  
rum possesso-  
rum in que-  
renda tercia  
manu.*

Institut. de vsucap. quantumlibet per manus plurimorum bonæ fidei possessorum deambulauerit, vt rectissimè videtur adnotasse Glossographus ad c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. in priore casus positione; & Zazius in l. clam. in princ. num. 7. π. de adq. vel admitt. poss. tamen quod res abierit longius, eò redditur eius persecutio difficilior. Fortè dices, non amplius

rem furtiuam dici postquam ab uno bonæ fidei possessore transierit ad alium arg. d. vers. quod autem dictum est. in verb. *ab eis.* i. furibus. At frustra sic argues; quandoquidem vi- tium in re est, quod, priusquam res redierit ad suum dominum, purgari nequit. Quanquam Dominicus à Soto lib. 4. de iust. & iur. quæst. 5. art. 4. conclus. 2. vers. Si autem latronis. i. fuit filius. cum vers. seq. non rectè putat, & heredem furis & ementem à fure, modò bonæ fidei sint, res furtivas vsucapere vel præscribe-re; nixus imprudenter l. si aliena. π. de usurp. & vsucap. vbi nihil minus agitur quā de re fur-tua. Cæterum quare consanguineus hic nomi-natur illicitus detentor, cùm tamen per colla-tionem fortè canonicam seu legitimam fuerit adeptus beneficium? sunt ex Interpretibus no-stris qui respondeant, eum fuisse consciū per-mutationis huius inter Gerardum & Lauren-tium consanguineum suum vel simoniacæ vel saltem illicitæ: veruntamen etiam si conscius non fuisset, Pontifex nihilominus ex æquitate Gerardo suum beneficium vult, vt existimo, restitui propterea quod exitū permutatio non

g habue-

164  
Res furtiva-  
num purgen-  
tur vita si ad  
alium deue-  
nerint posses-  
sorem bone  
fides à posses-  
sore bona fi-  
des.

163  
Illicitus de-  
tentor cur ille  
qui legisuma  
habet colla-  
tionem.

93      *De Sat. permut. benefic. iure.*  
habuerit; vnde consequens est ut & consanguineus iste sit à beneficio remouendus ut maximè nihil peccauerit initio, sicut & alius qui libet remouendus est qui post istum cōsanguineum beneficij eiusdem deprēhenderetur esse detentor; quantumlibet per manus plurimorum iam s̄epius hoc beneficium deambulasset, nec obstat cap. factum legitimè de regul. iur. in 6. quia beneficium ex causa permutationis resignato semper inest lex restitutionis in casum quo contingere vtrinque non satisficeri beneficiorum permutationi, vel alioquin euincere beneficium alterutrius etiā post permutationem semel impletam, sicuti mox in cap. vnic. det. permuat. lib. 6. pleniū edocebitur.

166      *Beneficū per mutatu transfrēcī suo o-*  
*nere in quē-*  
*cumq; possif-*  
*forem. i. cum*  
*lege restitu-*  
*tions in ca-*  
*sum, &c.*  
167      *An sit opus*  
*nouæ collatio-*  
*ne quād. per-*  
*mutatio non*  
*habet exitū.*  
Ait Pont. *eam restitui faciatis eidem.* Quæro quanam ratione facienda sit hæc restitutio, per nouâmne collationem an per simplicem editum ad ius pristinum, remoto detentore isto illico? Tentari posset, noua collatione nō esse opus propter legem illam restitutionis beneficium ex causa permutationis resignato inhætem sicuti modò dicebamus; quandoquidem permutatione non impleta vel alioquin in nihilum redacta, perinde res habetur (ut multis placet) atq; si permutatione nulla profusa interuenisset vñquam, quod & moribus obseruit post Ioann. And. Rebuffus adnotauit in sua praxi beneficiali d. tit. de permuat. nu. 12: quæ de re nos accuratiū quid adferre conabitur sub huiusc Cōmentationis finē. Plures hic & elegantes tractari possent ac meritò deberent quæstio-

Comment in c. vnic. de rer. permut. in 6. 99  
quæstiones, quas, ne nimium simus in hunc  
locum prolixii, discutiendas nobis reseruamus  
in d. capit. vnic. de rer. permutat. Bonifacia-  
num, quod & aggrediamur.

CAP. LIC ET. vnic. de rer. permut. in 6.

Bonifacius Octavius Biterensi Episcopo.

**L**icit in tua diœcesi aliqui auctoritate apostoli-  
ca beneficia proximè vacatura expectent; illos  
tamen qui secundum formam iuris sua beneficia in  
eudem diœcesi ad tuam collationem spectantia per-  
mutare volentes, liberè ac sine fraude in manibus  
tuis ipsa resignant; Nolumus occasione premissa  
(equitatem præferentes in hac parte rigori) circa  
faciendam permutationē beneficiorum huinsmodi  
(que alias minimè resignassent) ullatenus impediri.

Per necessaria fuit hæc Bonifaciana consti-  
tuitione permutationibus beneficialibus aduer-  
sus expectatiuas quæ dicuntur gratias munien-  
dis. Nam cum permutatio beneficiorum fieri  
nequeat absque resignatione mutua (c. cum o-  
lim. & c. cum vniuersorum. de rer. permut.) 168  
sequitur ut beneficia sic resignata verè vacent;  
cui consequens fuit ut ab expectantibus istis  
quibus beneficia primùm vacatura debebatur  
facile præoccuparentur, neque compermutan-  
tibus ab ordinario hinc inde conferri possent.  
Quod quia durum fuit permutantibus ita suis  
beneficiis excidere præter omnem & spem &  
expectationē & quidem citra delictum pro-  
fus ullum quando consensus Episcopitalibus  
permutationibus accesserat, æquissimo iure  
g ij consti-

168  
Contra gra-  
tias exspecta-  
tinas.

169  
Verè vacare  
beneficium ex  
causa permu-  
tationis resi-  
gnatum.

100 *De Sat. permut. benefic. iure.*

170 *Arg. cap. v-*  
*nici de rer. per-*  
*mut. in 6.* constituit hic Bonifacius 8. ne permutationes huiusmodi per istos expectantes amplius impediretur. Alioqui Pontifex ut ac tanquam Summus omnium bonorum ecclesiasticorum, sicut & ecclesiæ totius, moderator, de beneficiis ecclesiasticis per vniuersum orbem Christianum fitis disponere potest, non tantum vacantia conferendo verum etiam ius in vacaturis tribuendo. c. 2. §. de præbend. Quæ quidem res plurimos vbiique terrarum prouocare solet homines ambitiosos ad importunissimè gratias istas à Pontificibus optimis extorquendas, non sine grauissimis ordinariorum Collatorum querelis: quæ tandem effecerunt ut nouissimè sacrosanctum Concilium Tridentinum self.

171 *Concilio Tri-*  
*dent. gratia*  
*expectatiue*  
*prohibita.* 24. cap. Reform. 19. decreuerit, gratias istas expectatiuas & ad beneficia vacatura nemini amplius concedi, nec hactenus concessis cuiquam vti licere: quemadmodum & oīam ab hoc ipso Bonifacio promissiones omnes aliorum quorumcumque Collatorum de beneficiis vacaturis conferendis reprobata fuerant. cap. detestanda. §. de concess. præbend. Non dico, vel Pontificem vel ullos alias Collatores ante Concilium Tridentinum beneficia vacatura conferre cuiquam solere per gratias istas expectatiuas vel per promissiones vel aliter, sed vacatura vel promisso vel addixisse conferenda tunc ubi vacauissent; quandoquidem ne beneficia conferrentur absolute prius quam vacarent, antiquissimo semper iure prohibitum fuerat, Concilio Lateranensi repeti-

172 *Promissiones*  
*beneficiorum*  
*vacaturorū*  
*iam oīam re-*  
*probate.*

Comment. in c. vnic. de rer. perm. in 6. 101

tum & inculcatum c. 2. totoque tit. de con-  
cess. præbend. & eccles. non vacant. c. audiui-  
mus. 3. q. 2. & c. non furem. 7. q. 1. similibus.  
que locis de viui successione loquentibus. Ac  
licet à gratiis talibus expectatiis nūc amplius  
periculum non sit Collatoribus ordinariis  
quamdiu Concilij Tridentini decreta vigent  
vel absoluta potestate sua Pōtifex non vtitur,  
nominationes tamen Vniuersitatum facessunt  
adhuc eis negotium Concilio Tridētino non  
reuoçatæ s̄eff. 25. c. Reform. 9. contra quales  
nominatos an & hēc Bonifaciana valeat, paulo  
post oportuniùs queretur in singulis huiusce c.  
clausulis exectiēdis quas ordine persequamur.

173  
Priusquā va-  
carent benefi-  
cia conferri  
nunquam li-  
cuisse.

Ait Pont. *beneficia proximè vacatura expe-*  
*ttent.* Igitur expectantes alioquin huiusmodi,  
cæteris omnibus præter permutantes erant in  
beneficiis vacantibus adipiscendis præferendi.

quales quidem si fuerint numero plures, qui  
prior est tempore potior est iure c. quia s̄apē  
dubitatur. ſ. de præbend. quæ tamen regula  
frequenter inter eos fallit: vtpote si vel negli-  
gens fuerit prior in petenda præbēda primū  
vacante c. si clericus. ſ. de præbend. vel prior  
præbendam ſolā expectet, ſecūdo dignitatē  
& præbendā expectante, ac poſtea vacet præ-  
bēda quæ dignitati ſit annexa d. c. quia ſepē du-  
bitatur. ſ. de præbēd. vel gratia prioris reuoce-  
tur propter ſecundū c. quodā per literas. penul.  
ſ. de præbend. vel denique poſtemus ordine  
prærogatiuam habeat à Pōtifice, quemadmo-  
dū luculēto & elegāti docet exéplo Bonifacius

174  
Vniuersitatis  
nominationes  
Ordinariis  
collatoribus  
permoleſta.

175  
Expectantes  
omnibus præ-  
ferendi.

176  
Poſteriorē  
quando prio-  
ribus præfe-  
rantur.

g iij hic no-

102 *De Sat. permut. benefic. iure.*  
hic noster in capit. auctoritate Martini. penul.  
ſ. de concess. præbend. exemplo l. 2. ſ. ſi ſit

177 *Ex persona  
tertij quis a-  
liquando pre-  
fertur qui ex  
propria non  
poterat.*

178 *Expectantes  
frequenter  
frustrantur.*  
hic quoque poſte-  
riorem ius præfert, nempe matrem patri, non  
ex persona propria ſed ex persona tertij nem-  
pe fratriſ, iuxta regulam ſi *vinco vincentem te* l. de accessionibus. π. de diversi-  
temporal. præscript. & de accessionibus. Ca-  
terūm ponamus vnicum dumtaxat eſſe expe-  
ctantem, quāro num ſemper in beneficio pri-  
mū vacante præferatur? Ac multis omnino  
casib⁹ fieri poterit vt expeſtatione ſua fra-  
ſtretur: primō, ſi beneficium aliquod ex cauſa  
permutationis vacauerit, vt hic; ſecundō, ſi ſpe-  
cialis & expreſſa fuerit auctoritas Ordinario  
Collatori ab ipſo Pontifice Summo tributa  
conferendi beneficia etiam Pontifici reſeruata  
vel quomodolibet affecta. c. 2. ſub fin. ſ. de  
præbend. Tertiō ſi præbenda Epifcopo tan-  
quam Canonico (licet re vera non Canonico)  
debita vacauerit per ipſius epifcopi mortem c.  
cū in ecclesia. ſ. de præbend. Quartō, ſi ſa-  
cerdotalis vacauerit præbenda cū tamen ex-  
pectans ipſe per aetatem ſacerdos eſſe nondum  
poſſit c. ei cui. ſ. de præbend. Quintō ſi pen-  
dente expeſtatione expectans interim conſe-  
cutus fuerit aliud beneficium cum beneficio  
tandem vacante ſimul non conſistens. Clemēt.  
vlt. de reſcript. Rursus ē contraria fieri po-  
teſit vt expectans non velit neque teneatur ac-  
ceptare beneficium primō vacaturū, ſed aliud  
melius expeſtare ſibi ſit integrum abſque pre-  
iudi-

179 *Expectans  
quando non  
teneatur ac-  
ceptare beneficium  
primō vacas.*

Comment. in c. vnic. de rer. permut. in 6. 103  
iudicio suæ gratiæ expectatiuæ, ita ut nulla sibi  
possit obijci negligentia in acceptando; veluti  
si quis tertius in fraudem expectantis benefi-  
ciolum aliquod admodum tenue resignauerit  
ut ipsem vel aliis consequeretur beneficium spe-  
tatur vacaturum. qualis ars & hic obiter indi-  
catur & in c. vlt. 5. de renunc. apertissimè de-  
tegitur. In summa, variè contingere potest ut  
expectans expectatione sua frustretur, immò  
morte præueniat alias omnes quorum ipse  
mortem expectabat. haud absimiliter apud  
Horatium

Rusticus expectat dum defluat amnis, at ille  
Labitur & libetur in omne volubilis anum.

Iam videamus quid si beneficia omniū pri-  
mò vacatura non debeantur expectatibus istis  
Pontificiis (quos pone nullos amplius esse) sed  
aliis aliquibus; ecquid hæc Bonifaciana consti-  
tutio ad illa quoque beneficia pertinebit, an  
potius frustrabuntur permutantes iuxta iuris  
regulā cuius hic fit mentio? ne res careat exem-  
plis, demus aliquot satis illustria. primò, quæ-  
dam beneficia singulariter sibi soli reseruauit  
Summus Pontifex conferēda, veluti quæ con-  
tingit vacare vel in ipsa curia Romana vel in  
itinere Romam versus c. pro illorum. de præ-  
bend. d. c. 2. de præbend. c. execrabilis. de præ-  
bend. in Extrauag. Ioann. 22. & c. execrabilis.  
de præbend. in Extrauag. com. quod vnum est  
idemque cum superiore. secundò, beneficia Optio senio-  
rum. proximè vacatura nōnunquam cedūt optioni

g. iiiij seu

180  
Expectans  
rusticus Ho-  
ratianus.

181  
Quid si bene-  
ficia primiū  
vacatura de-  
beantur alii  
quam talibus  
Expectanti-  
bus Pontifi-  
ciis, an huic  
Bonifacianæ  
sit locus.

182  
Reservata  
benef.

183  
Optio senio-  
rum.

104 *De Sat. permut. benefic. iure.*

184  
Vñio.

seu electioni seniorum confratrum c. vlt. s. de  
cōsuetud. tertio sit vt subinde beneficium pri-  
mò vacaturum sit vniendum vel iam vnitum  
(in tempus nempe quo primum vacare con-  
tigerit) cum dignitate quapiam c. consultatio-  
nibus. de donat. & Clement. si vna. de rer. ec-  
cles. non alien. Quartò, fructus beneficio-  
rum primò vacaturorum interdum concedun-  
tur, ad aliquod saltem tempus, Episcopo pro-  
pter grauia Episcopatus debita. c. si propter

185  
*Fructus va-  
caturorum  
Episcopo.*

186  
*Adnumerum  
consuetum re-  
ditio.*

187  
*Expectantes  
odiosi.*

tua debita. sup. de rescript. Quintò, sit inter-  
dum vt beneficium primò vacaturum prols  
extinguatur seu supprimatur vt numerus in  
Ecclesia consuetus, & supra quem fortè sin-  
gularibus de causis ad tempus admissi qui-  
dam fuerunt, in posterum præcisè & mordi-  
cus obseruetur. Quibus casibus, & similibus,  
quæritur inquam, an si tale beneficium ali-  
quod veniat in permutationem, permutatio  
illa exitum habere possit iuxta Constitu-  
tionem hanc Bonifacianam, an verò permutan-  
tibus omnino frustratis & illusis. i. exclusis,  
Constitutionibus hisce modò memoratis de-  
beat esse locus. Ac quoniam Constitutione hæc  
Bonifaciana contra solos habet locum Expe-  
ctantes ambitiosos, quorum causa semper est  
odiosa, communis est nostrorum traditio,  
superioribus omnibus in casibus hanc Boni-  
facianam cessare, perque consequens permu-  
tantes hosce sua spe prorsus excidere. Sic Pe-  
trus Ancharanus in hunc locum notabili suo  
quarto. Dominicus Geminianus quæst. pe-  
nult.

Comment. in c. vnic. de rer. permut. in 6. 105

nult. post Ioann. Andr. postque cæteros in  
hanc ipsam Constitutionem. quam Senten-  
tiam quoque tuetur prolixè Senensis in Tra-  
tatu suo de permutatione quæst. i. cum seqq.  
aliquot. Quæ sententia probari cum primis  
videtur per d. c. execrabilis. de præbend. in  
extrauagantibus tum Ioannis 22. tum com-  
munibus. §. Quæ omnia. in verb. per viam  
(al. per medium) permutationis. vbi permu-  
tatio beneficiorum reseruantur planè pro-  
hibetur, adeò ut absque speciali Sedis Apo-  
stolicæ mandato non valeat permutatio, ne  
quidem si legatus Pontificius interuenerit.

At, inquis per gratias expectatiuas beneficia  
quoque reseruantur summo Pontifici; cur i-  
gitur & illæ permutationibus non præiu-  
dicant? Ratio diuersitatis est, quod pro-  
pter ambitionem potentium & extorquen-  
tium gratias istas, odiosa sint ideoque re-  
stringenda cuncta gratiarum earundem ge-

<sup>188</sup>  
Reseruationes  
fauorabiles,  
ut et proprius  
motus.

genera; reseruationes autem omnes genera-  
les, ac etiam speciales illæ quæ proprio si-  
unt Pontificis motu, fauorabiles omnino  
sint atque largioris interpretationis & qui-  
dem plenissimæ. cap. quamuis plenissima. c.  
si motu proprio. & cap. si pluribus. de præ-  
bend. in 6. Clement. si Romanus. de præ-  
bend. Quibus locis, vt & aliis plurimis,

<sup>189</sup>  
Nominatio-  
nes Vniuersi-  
tatum fau-  
rabiles.

hæc distincțio clarissimè probatur. Ex his non difficeret de nominatis per Vniuersi-  
tates iudicari poterit; an & hi permutanti-  
bus præferantur in beneficiis ex causa permu-

g v tatio-

106      *De Sat. permut. benefic. iure.*  
rationis in manus Ordinarij resignatis & per  
consequens vacantibus. Nam cum nomina-  
tiones illæ tum propter studiorum fuorem  
tum propter insignem Ecclesiæ utilitatē sint  
admodum fauorabiles, magis est ut & huius-  
modi nominati permutantibus præferantur,  
nisi priuilegium nominationis ad sola fuerit  
redactum beneficia per mortem vacantia, vel  
vſus longus aliud introduxerit, qui procul du-  
bio plerisque superioribus in casibus quoque  
seruabitur. dico plerisque, quod contra Sum-  
mi Pontificis reseruationes longi temporis v-  
sus nihil omnino posset, ut ac tanquam cōtra  
meram facultatem qua Pontifex uti poterit

190      *Generalis Do-  
ctorum con-  
clusio pericu-  
losa.*      licet hæc ita generaliter in superioribus quin-  
que casibus concludantur hic ab Anchiano,  
mihi tamen admodum periculosa videtur &  
quidem confusa nimis huiusmodi vel conclu-  
sio vel definitio generalis. Quamobrem sigil-  
latim de singulis hisce quinque tractādum vi-  
detur exemplis, immo quæstionibus, attamen

191      *De reserua-  
tis, ex causa  
permutationis  
resignatis, an  
ea prorsus  
amittantur.*      breuissimè. Quod igitur attinet ad exemplum  
primum, nempe de beneficiis Pontifici Sum-  
mo quandocumque vacauerint reseruatis, cer-  
tissimum quidē est ea beneficia permutari nul-  
lo modo posse d. c. Extraugant execrabilis.  
Quæ omnia, in verb. per viam permutationis  
at quæstionis est in ea re grauioris, an permu-  
tatio sic momenti sit nullius ut omnino nihil  
agatur, & per consequens beneficia permutata  
penes eosdem permutantes remaneat, an vero  
valeat

*Comment. in c. vnic. de rer. permuat, in b. 107*

valeat eatenus quidem resignatio ex causa permutationis interueniens quatenus permutantes beneficiis excidant suis, & Pontificis collationi locus aperiatur. Ac verius est, conformatiusque superioribus, locum Collationi Pontificis aperiri; tum quia per huiusmodi resignationem beneficium verè vacat ut ex nostro contextu liquet satis, tum quod ordinario Collatori coram quo sit resignatio clausæ sint & ligatae manus per nudam etiam reservationem Pontificis absque ullo alio decreto iuxta Ioan. Andr. in c. si eo tempore. 47. §. de elect. & Senensem d. quæst. 1. cum non liceat inferiori sese negotiis illis immiscere quæ soli Principi sunt releruata c. ut nostrum. de appell.

Sed obijcies forsitan aduersus hæc exemplum stipulationis dotalis cui tacita semper interest conditio *Sinuptie fuerint secuta*, i. stipulationem. 21, π. de iur. dot. ideoque non secutis nuptiis euancescere stipulationem: pari ratione non sortiente suum effectum permutatione, resignationem nihil operari habēdamque pro non facta; præsertim si præterea nominatum (quæ tamen per sese tacitè semper intelligitur) fuerit adiecta clausula talibus plerūq; resignationibus adjici consueta *nec aliter nec alias nec alio modo*, quam permutationis nempe causa.

Respondendū est, non rectè inter sese comparari stipulationem dotis & beneficiorum reseruatorum permutationem seu potius ex permutationis causa resignationem: quandoquidē stipulatio dotis ut equissima iure clarissimo proba-

129  
*Stipulationis  
dotis inesse  
conditionem  
tacitam.*

193  
*An & resi-  
gnationi be-  
nificiorum ex  
causa permis-  
tationes?*

108      *De Sat. perm. benefic. iure.*  
probatur, beneficiorum verò Pontifici reser-  
uatorum permutatio contrà iure clarissimo  
prosuls est prohibita; quamobrem sic de facto  
permutantes, dignissimi sunt qui suis excedant  
beneficiis ita resignatis nisi Pontifex ipse met  
in permutationem ex gratia singulare consen-  
serit atq; beneficia sic vacantia permutantibus  
hisce contulerit; quod non est verisimile Pon-  
tificem facturum qui non sine causa sibi met  
ea beneficia suis quibusdam conferenda reser-  
uauerit: maximè cùm resignantes hi bifariam  
peccauerint, & in tentanda scilicet beneficio-  
rum reseruatorum permutatione contra iuris  
expressi prohibitionem, & in resignatione ista  
coram ordinario facienda ubi tamen beneficia  
solius erant in potestate Pontificis. Ergo quid-  
<sup>194</sup>  
Quid si resi-  
gnates ingno-  
raverint re-  
servationem?  
vel alter eorum? Benignus est ut ad beneficia  
sua redire possint. Nam cùm bona fides hanc  
excuset resignationem permutationis causa  
factam, naturalis æquitas postulat ut condi-  
tionis illius tacitæ ratio prossus habeatur. ar-  
gum. d. l. stipulationem. n. de iur. dot. Facit  
nonnihil huc æquitas cap. si beneficia suprà de  
præbend. Vbi sua redeunt ad beneficia semel  
dimissa qui per ignorantiam acceptauerant ab  
ordinariis collatoribus beneficia Pontifici re-  
seruata, quamquam hoc interest quod illic re-  
signatio quidem non interuenierit, ut hic in-  
teruenit, sed sola nudaque dimissio quam ta-  
men collatio mox aliis quibusdam facta seque-  
batur. Sanè qui scientes ac prudentes benefi-  
cia Pon-

195  
AEquitas  
cap. si benefi-  
cia. depre-  
bend. in 6.

*Comment. in c. vnic. de rer. permut. in b.* 109

cia Pontificis collationi reseruata resignant ex causa permutationis in manibus ordinarij col- latoris, per vim salutaris istius clausulæ nec aliter nec alias nec alio modo nequeunt iuuati;

cum certissimum sit illam clausulam apud col- latores ordinarios nihil operari in resignatio- nibus illorum beneficiorum quæ solius in po- testate sunt Pontificis, quod secus est in bene-

ficiotum ordinariæ collationi subiectorum re-

signationibus permutādi causa factis. dico per-

mutandi causa factis, eo quod resignationes

alia de causa coram ordinariis factæ conditio-

nies planè nullas admittant, quemadmodum

pleniū inter superiora disputabatur dum de

resignationibus in favorem quæreretur ad c.

cum olim. de rer. permut. Cōcludimus itaque,

resignantēs ex causa permutationis in manibus

ordinarij beneficia Pontifici reseruata, nō sem-

per excidere suis beneficiis; quod & interpre-

tes alij nonnulli rectissimè monuerūt, ut apud

Senēsem est videret d. tract de permut. quæst. 3.

mirè tamen fluctuantem neque rationes viuas

reddentem. Sequitur ordine quæstio de bene-

ficiis quorum vacantiū datur optio senioribus

ex consuetudine d. c. vlt. sup. de Consuet. Li-

cet enim plerique sentiat, resignantēs ex causa

permutationis talia beneficia frustrari seu elu-

di, nisi quatenus post omnem peractam optio-

nem contenti velint esse beneficiis ad extre-

num per optantes istos dimissis, verius tamen

esse tradunt auctores aliquot grauissimi

permutatēs ipsos omnibus omnino præferri.

Zaba-

196

*Vñ clausula*

*nec aliter*

*nec alias*

*nec alio*

*modo.*

197

*Conditionum*

*nullorum ca-*

*paces esse re-*

*signationes*

*coram Ordinario factas.*

198

*Optantibus*

*ex consuetu-*

*dine preferri*

*permutantes*

*ipsos.*

Zabarella Cardinalis in Clementinam vnic. de  
rer. permut. quæst. 16. nu. 20. post alios anti-  
quiores postque Senensem d. tractat. de per-  
mut. quæst. 28. in fin. variè tamen hoc subdi-  
stinguentē quod indistinctè reor esse statuen-  
dum quādocumque res est dubia, veluti quan-  
do nescitur an optandi consuetudo locum ha-  
beat in beneficiis ex causa permutationis va-  
cantibus, an non : quandoquidem plus tribui  
debet expresso iuri de permutationibus ad exi-  
tum deducendis d. Clement. vnic. de rer. per-  
mut. quām tribuendum sit cōsuetudinis inter-  
pretationi dubiæ, de optando scilicet in præ-  
iudicium & ad exclusionem Expectantiū isto-  
rum Pontificiorum de quibus quidem solis illud  
capit. vlt. s. de Consuetudine loquitur.  
Certè d. Clementina vnicā de rer. permuat.  
nō solūm prohibet beneficia ex causa permu-  
tationis resignata conferri aliis quām permu-  
tantibus, verum etiam vult in effectu ut ea con-  
ferantur solis permuantibus, cuius cōtrarium  
fieret si beneficia sic resignata quocumq; mo-  
do cederent istis optantibus. Quod meum di-  
ctum eō pertinet ut obstruatur os optantibus  
qui sophismate quodam nixi dicere fortè pos-  
sent se beneficia sic vacantia non in vim colla-  
tionis consequi sed ipso consuetudinis iure,  
ideoque se d. Constitutioni Clementinæ non  
contrauenire; quasi quid interesset, scilicet, an  
de Collatione quereretur an de quauis alia be-  
neficiorum adipiscendorum ratione consuera,  
nec enim verba sunt vñquam captanda. nempe  
sicus

199  
*Clementinæ  
vnicā de rer.  
permut. ver-  
ba non esse  
captanda.*

Comment. in c. vnic. de rer. permut. in 6. 111.

sicuti collatio aliis quam permutantibus facta,  
per d. Clementinam est nulla, sic & alia quæ-  
cumque prouisio aliis quam permutantibus  
facta debet esse reputariq; nulla. Non obstan-  
te ergo sophistmate modo memorato, senten-  
tiam nostram superiorem iudicamus non æ-  
quiorem tantum sed & iuri conformiorem seu  
de iure veriorum. Tertia quæstio de beneficiis  
erat vnitis; in quibus procul dubio sententia  
communis erit verissima si resignantes ex cau-  
sa permutationis non ignorauerint vniōnem,  
cūm talia beneficia non magis in permutatio-  
nem venire possint quam beneficia reseruata.  
Clement. vnic. vers. Quidam etiam. de excess.  
prælat. coniuncta declaratione quadam d. ex-  
trauagantis Execrabilis. per Senensem cōme-  
morata d. tract. de permut. quæst. 29. Nam  
alioquin vniō semper ac in perpetuum per  
huiusmodi permutations posset cludi, quod  
ferendum non est ut ibidem Senēsis existimat.  
Ego tamen id in dubium non sine causa reuo-  
co: nam quātumlibet impediatur permutatio  
beneficij nominatim & expresse vniti, quid-  
nam quæsto iustæ tandem causæ poterit adferri  
cur suis excidant beneficiis ita permutantes,  
ac non potius ea retineant? quid obsecro ma-  
gnopere peccarunt? Loquimur hic nempe de  
casu quo beneficiorum permutandorum col-  
latio pertinet non ad Pontificem sed ad Ordin-  
arium, coram quo permutantes resignatio-  
nem faciunt ex causa permutationis & non a-  
liter: qua permutatione non sortiēte effectum,

seu

203  
vniō permu-  
tationem an  
impedit ut  
Reservatio.

seu non admittente eam Episcopo , quidni sua  
beneficia retineant? nec enim hic ea sunt gemi-  
na peccata quæ depræhendebantur in tentatis  
beneficiorum ipsi summo Pontifici referato-  
rum permutationibus; cùm potestas vniendi  
sit penes ipsum Episcopum c. sicut vnire, de-  
excess. prælat. & Clement. si vna. de rebus Ec-  
clesiæ non alienandis. Neque verò magni mo-  
menti videtur obiectio absurdī non ferendi,  
de vñione scilicet in perpetuum cludenda per  
huiusmodi permutationes: quia vel singulari-  
ter vñita sunt beneficia certa , vel generaliter  
sunt vñita primūm vacatura: priore casu per-  
mutatio non admittetur quidem, sed abunde  
ramen suo tempore satisfiet expectantibus v-  
nionem si post mortem demum possessoris v-  
nio sortiatur effectum; posteriore casu poterit  
vñio compleri per mortem alicuius alterius e-  
tiam si permutatio huius aut illius admittetur;  
quam sanè & ego prorsus admittendam  
censeo si nimirum verbis vacandi tantūm ge-  
neralibus facta fuerit vñio citra mētionem ex-  
pressam vacationis ex causa resignationis vel  
cessionis cuiuslibet. quādoquidem permutan-  
di facultas omni iure cōpetens interpretationi  
dubiæ talis vñonis videtur præferenda , quod  
secus est in vñione certi beneficij nominatim  
expressi propter absurdum quod sequeretur ex  
perpetua permutatione. Cæterū si Pontifex

202 Quid si pro.  
proprio motu Pō  
sifex ipse fe  
ueri vñionē, tuendū quod in questione prima de beneficis  
rest.

referuatis. quanquam re vera resignantes ex causa permutationis non æquè peccant hic atque in simili beneficiorum referuatorum resignatione. Mihi certè utrobiq; valdè durum videtur ita resignantes excidere planè suis beneficiis. Quæstio quarta, de fructibus beneficiorum primò vel per mortem vel per simpli-  
cem cessionem seu resignationem seu caduci-  
tatem (ducta videlicet in ordinibus minoribus  
vixore) vacaturorum Episcopo ad tempus ap-  
plicandis iuxta cap. si propter. s. de rescriptis.  
&c. si tibi concessio. s. de præbend. &c. pe-  
nult. de verb. signif. iniustissimè mihi videtur  
in hunc ab Ancharano relata catalogum. Nec  
enim dubitandum puto quin permutantes E-  
piscopo præferantur, cum priuilegium illud  
Episcopi sic accipiendo sit ne vergat in præ-  
iudicium verorum & legittimorum possessio-  
rum viuentium qui non simpliciter cessionis vel  
resignationis animo sed ex causa permutationis  
beneficia sua resignant. Sufficit autem sic  
interpretari priuilegium Episcopo obærato  
concessum ut fructus beneficiorū vel per mor-  
tem vel alioqui simpliciter vacaturorum per-  
cipiat ad tempus, non etiā denudet ac spoliet  
canonicè permutantes. Nam quāmis benefi-  
cium seu liberalitas Principis latā recipiat in-  
terpretationem quando de nullius alterius  
quām Principis ipsius agitur præiudicio l. be-  
neficium Imperatoris. π. de Constit. Princ. ta-  
men vbi tertij vertitur præiudicium, restricti-  
simæ semper est interpretationis priuilegium.

h 1. 2. §.

203  
Fructus bene-  
ficiarum va-  
caturorū E-  
piscopo qui-  
bus in benefi-  
ciis.

204  
Beneficiō  
Principis &  
Priuilegia  
qualiā fūtā  
interpretatio-  
nis.

114 *De Sat. permut. benefic. iure.*

I. 2. §. meritò. π. ne quid in via publ. vel itin.  
fiat. immò fuit olim dubitatum, considerata  
interpretatione talis priuilegij strictissima,  
num ad magna quoque beneficia pertineret  
huiusmodi Episcopis concessum priuilegium,  
an verò ad sola beneficiola parua d. c. penult.  
de verb. signif. vbi tandem ad magna quoque  
pertinere declaratur quando generaliter & in-  
distinctè concessum fuit. Simile de nominatis

205  
*Nominatus  
per Vniuersitatem  
preferri per  
mutantes.*

206  
*Extinctio be-  
neficiorū ut  
redeatur ad  
numerū con-  
suetum qua-  
tenus objet-  
permutanti-  
bus.*  
Supereft sola quæstiuncula quinta de benefi-  
ciis extinguendis vel verius iam extinctis in  
tempus quò primùm vacauerint, vt nimurum  
redeatur ad numerum in Ecclesia consuetum;  
cuius rei exemplum videmus in c. pro illorum.  
de præbend. Ergo quid si post huiusmodi sta-  
tutū Capitulare sua beneficia permutare non-  
nulli tentent, & ex causa permutationis resi-  
gnent? ecquid & impedietur permutatio &  
præterea suis excident beneficiis ita resignantes,  
vt videlicet ad numerum consuetum iam nunc  
redeatur? Evidem sentio permutationē qui-  
dem impediri, quòd alioquin extictionem  
semper & in perpetuum talibus permutationi-  
bus contingere impediri, contra mentem &  
intentionem ad consuetum numerum redire  
volentium; sed resignantes propterea minimè  
suis

suis excidere beneficiis, propter causam in beneficiis vnitatis modò memoratam; nisi sic extinctio decreta fuerit ut etiam permutationis causa nominatim & expresse compræhendetur. immò si contra suum decretum seu statutum semel admiserint aliquem Capitulares ultra numerum constitutum, recessisse censemuntur à suo decreto, libertimaque reddetur permutatione quibus suis arg. cap. pro illorum de præbendis. vbi Pōtifex propterea supernumerariū cogit admitti quòd Capitulares ipsi met numerum consuetum sponte sua superassent alias admissio quodam. qua de re plusculum Senensis quæst. 34. & quæst. 35. de statuto simul querens iurato, & quidem per Episcopum vel etiam per ipsum Pontificem confirmato. nos ad reliqua tandem pergamus.

Ait Pont. *illos tamen qui secundum formam iuris*. Intelligit Pontifex permutationem canonica quæ fit ordinario consentiente comprobanteque, secundum iura superioribus capitulis tradita.

Ait Pont. *Sua beneficia*. Quid igitur est sensendum de beneficiis nondum suis at speratis dumtaxat, ut expectantiū præbendas primū vacaturas, ecquid & eas rectè permutabūt expectantes hi? Non videtur; eo quòd in permutatione requiratur datio rei (non spei) pro re l. i. in fin. n. de rer. permut. l. naturalis. in princ. vers. sin autem rem do. n. de præscriptis verbis & in fact. act. l. vlt. n. de condic. cau. dati cau. nō sec. Accedit, quòd gratiæ tales expectatiæ h ij snt

207  
Statuti Cā-  
pitularis ne-  
glectio.

208  
Forma permu-  
tationis.

209  
Beneficia spo-  
rata vel ex-  
pectata pos-  
sintne permu-  
tari.

sint omnino personales, ita ut vacatio futura nulli possit alteri prodeesse nec ius expectantis in alterum transferri arg. cap. P. & G. de off. & potest. iud. deleg. vbi ne delegata quidē iurisdictio poterit ad alias prorogari personas. quod plenū explicat Senensis d. Tract. de per-

210

mut. quæst. 13. Sequitur hinc, & eos qui beneficia quidem habēt sed non iure habent, vt Simoniaci vel similes alij legittima seu canon. niant in permutationem, ea prouisione carentes atque destituti, permuto. tando talia beneficia cū beneficiis aliis causam

*& ex ea iuci-  
piat iure pos-  
sideri.*

suam nihilo facere meliore. Nam tametsi noua post resignationē interueniat collatio nouissime per hanc titulus, mens tamen Collatoris alia non est, nec alia esse iure potest, quām ut ne plus transeat iuris in alterum permutantem quam habuerit permutans alter; qui quoniam nihil habuit iuris, nihil quoque per viam permutationis transferre potuit in alterum. quare pessimō quodam sibi cōsulit emplastrī genere qui pro beneficiis male partis & quæstis alia sibi pro illis per viā permutationis nundinatur beneficia. Tantè scilicet est momenti beneficia verè esse sua. i. ipsorum permutantiū propria seu canonicè quæsita. Meminit huius & idem Senensis d. Tracti quæst. 10. Facit hūc etiā cap. cūm venerabilis. de except. vbi pontifex verissimè rectissimeque scribit, permutationem cum alio quām cū domino vel cum eo qui habeatur loco domini legittimè non celebrari. quod ait *cum eo qui habeatur loco Domini, perti-  
nere videtur ad bonam fidem permutatis cum altero*

altero non habente ius ideoque suum recuperare vel potius ad suum redire nequaquam prohibiti, licet alter compermutas omni remedio destituatur. Quidnam de Comendatariis dicitur? poteruntne permutare vel inter se vel cum aliis, nec ne? Non poterunt sine consensu commendantibus; eo quod non domini vel quasi domini seu proprietarij sint, id quod hic requiritur, sed administratores duxerat iij; temporarij, donec absolutè de beneficio constituantur c. nemo deinceps. s. de Elect. quod post Interp. nonnullos alios antiquiores prudenter adnotauit Ioan. de Selua sui Tract. de Benef. parte 3. q. 33. nu. 2. ne pluribus nunc ociosè recensendis immoremur. presertim cum sit euidens, huiusmodi commendadas quae dicuntur, priuilegio mercè personali quod in alios trahere nequit quibusdā solere committi.

Non importunè fortassis hoc loco quæri posset de Prioratibus obedientiariis, qui dicuntur, ab alio videlicet monasterio dependentibus & eius Abbatii subiectis, an & hi veniant in permutatione: sed quoniam tales priores ad nutum Abbatis quocumque tempore reuocari possunt, unde obedientiarij dicuntur & ipse prioratus nominatur Obedientia. c. 2. §. prioratus quoque; & c. cum ad monast. §. Tales. vers. nec alicui committatur aliqua Obedientia perpetuo possidenda. de statu monach. & can. Regul. nec titulum dicuntur habere perpetuum, superioribus conformiter dicimus permutari prioratus istos vel inter se vel cum beneficiis aliis non posse. nec enim priores isti possunt iure suos appellare Prioratus,

h iij quos

211  
An Comen.  
de permute-  
tur.

212  
Obedientiarij  
Prioratus an  
permutari  
possint, &  
beneficia ma-  
nualia, &  
unde dicatur  
manualia.

quos ad incertissimum tātūm tempus habent  
sibi commissos nō autem ad totā suam vitam.  
Cuiusmodi beneficia frequēter à nostris nun-  
cupantur manualia, fortassis ob id quōd sem-  
per in manu seu potestate sint & libera reuoca-

<sup>213</sup>  
*Quid si Prio-  
ratus obediē-  
tialis per mo-  
nachum ex-  
traneū ab ip-  
so Pont. im-  
petretur ad  
vitam?*

tione concedentis. Quid si quis igitur Prioratūm talem à summo Pontifice ad vitam usque  
suam impetraverit, maximē extraneus. i. non  
eiusdem sed alterius monasterij monachus at-  
tamen in monasterium illud vnde Prioratum  
diximus dependere translatus? cuius rei varia  
semper extiterunt exempla. c. cùm singula. §.  
vlt s. de præbend. latissimē DD. ad c. vlt. s. de  
off. ord. & omnium commodissimē Panor-  
mitanus in c. ad nostram audientiam. nu. 7. &  
8. de confirm. vtil. vel inutil. vbi quæstionem  
tractat satis quotidianam, vt ipsus ait, an Ab-  
bas talem Pontificium imperatorem possit  
reuocare domum. Sed ad nostrā quæstionem  
quod attinet, certissimū est, Prioratum sic im-  
petratum permutari sine cōsensu summi Pon-  
tificis nullo modo posse; cùm liberalitas hæc  
Pontificis merè sit personalis contra propriam  
ac genuinam Prioratum istorum naturam:  
sed Pontifice permutationem probante & ad-  
mittente, quidni liberalitas ulteriū progre-  
diatur? qua de re Senensis d. tract. de perm. quæst. 17. Qui tamen in eo mihi non probatur  
quōd & merè manualia, quantumlibet in to-  
tam vitam à Pontifice nondum concessa, recte  
permutari putet. quæst. 16. nam quomodo  
suum poterit vocare Prioratum qui proprius

non

non est sed ad incertissimum tempus tantum concessus quasi prioratio? Nec enim sufficit, ex indulgentia Pontificis posse quid esse vel fieri perpetuum, sed requiritur ut re ipsa per Pontificis gratiam sit iam factum concessumque per-

214  
Fieri quid  
posse, & fa-  
ctum esse, pa-  
ria minime  
sunt.

petuum (id est ad vitam usq; durans) quidquid proprij seu beneficij seu officij nomine censetur, ut vel ex hoc unico cap. nostri verbulo sua liquidò constat. Nec est ullo modo simile quod Senensis adfert ex l. sufficit 56. n. de condic. indeb. ubi dum incertum est an temporaria sit futura exceptio an verò perpetua, solutum repeti potest; ut exempli causa, si debitor paetus fuerit ne à se peteretur donec Titius fieret Consul, atque nihilominus per errorem soluerit non expectato Titij Consulatu; repetet: quia fieri potest ut nunquam Titius fiat Consul sed antea moriatur. itaque fieri posse & iam factum esse habetur eo loco pro iisdem in favorem cōdicens indebitū. quod secus & in obligationibus & in exceptionibus in diem; quia solutum ante diem repeti non potest eo quod certissimum sit hunc diem quandoque venturum. d. l. sufficit. & l. sub condicione.

cum l. nam si cum moriar. n. de condic. indebiti. Sic fieri quoq; potest ut Prioratus huiusmodi nunquam auferatur neque prior ille dominum reuocetur, siue per ultroneam Abbatis voluntate siue per Pontificis confirmationem indubitatam; igitur habendus est Prioratus omnis obedientialis, ex ista superiore Senensis opinione, pro perpetuo poteritque conse-

215  
In cōdictione  
indebiti, in-  
certudo ex-  
ceptionis, an  
sit tempora-  
ria an perpe-  
tua facit ut  
habeatur pro  
perpetua.

216  
Nō idem esse  
in priorati-  
bus, & qua-  
re.

h iiiij quenter

quenter permutari. Neganda est consecutio; quia non, ut mors hominis est certissima, consulatus incertissimus, ita quoque imperatio prioratus perpetui certissima est, immo incertissima; tantoque incertior quanto contra naturam talis Prioratus insolentior:

<sup>217</sup>  
Imperatio  
pertutatis in  
prioratu o-  
bedientiali.  
pro falsa ha-  
beatur.

adè vt imperatio talis vt plurimùm pro falsa habeatur in iis qui Prioratibus illis à proprio sunt Abbate præfecti cap. porrecta. de confirm. vtil. vel inutil. propter odium nempe facti prorsus illiberalis istorum qui contra proprios Prælatos à quibus promoti sunt indignissimè cristas erigunt & obedientiam solenniter votam superbè excutere moluntur aduersus illos quibus ipsimet omnia sua debent accepta referre. Quibus accedit, quod indebiti conditio summe sit fauorabilis propter æquitatem naturalem liberationibus magis propiciam & addictam, tūm etiam ne quis post eneruatum obligationem, qua tenetur, indebetè soluens afficiatur damnis; at permutatio functionū seu administrationum vel dignitatum vel præbendarum Ecclesiasticarum cùm semper aliàs est odio sa tum præcipue temporariis atque manualibus ipsis in beneficiis vel potius administrationibus odiosissima ne dicam flagitosissima. Sanè si consenserit Abbas in duorum talium priorum commutationem, vt scilicet alter in alterius hinc inde migret locum, non tamen permutatio propriè dicetur hæc mutua vel commutatio vel commutatio, sed mera translatio.

<sup>218</sup>  
Quid si cōsen-  
serit Abbas  
in mutuam  
Prioron com-  
migrationem  
an hæc permu-  
tatio sit an  
Translatio?

verum

verùm, quid refert, inquis, an per modum permutationis an verò per modum translatio-  
nis alter in alterius locum succedat? Plurimum refert; quia permutatio fit in formam con-  
tractus ex commercio partium, quod in re-  
bus huiusmodi non propriis fieri nequit per  
viam permutationis quæ solis in rebus pro-  
priis vel quasi propriis habet locum, sicut hic  
est videre; sed Translatio solius fit voluntate  
factoque superioris transferentis, idque siue  
translatus ipse petierit hoc ipsum siue non pe-  
tierit. c. i. j. totoque titulo de Translat. Episc.  
Deinde per viam permutationis nihil iuris no-  
ui transit in permutantes præter hoc ipsum  
videlicet solum ius quod ipsimet permutan-  
tes hinc inde priùs habebant siue bonum &  
firmum siue non bonum neque firmum, sicu-  
ti paulò superiùs monebatur; sed per viam  
translationis nouum planè ius & peculia-  
re nec aliunde dependens per transferentem  
confertur quod sola nititur translatione non  
autem iure ullo quod hi translati antea babe-  
bant, perinde scilicet atque si nullos ante-  
hac Prioratus habuissent; cùm alter alteri per  
translationem nihil cedat nec alter ab altero  
quidquam accipiat, contrà quam fiat in per-  
mutatione.

Ait Pont. *beneficia*. Latissimè sumenda vi-  
detur hic Ecclesiastici beneficij vox, iuxta cap. 219  
penult. de verb. signif. qua de re Glossogra- *Beneficiorum*  
phus ad c. i. j. de Reg. iur. dummodo non *nomine quid*  
ignoremus de sola nos loqui adsignatione in *intelligatur.*  
h v titulum

122 De Sat. permut. benefic. iure.

titulum spiritualem, sicuti post Laurentium  
non male notauit Zabarella Cardinalis in d.  
Clement. vnic de ter. permut. nu. 10. Quid

220

Pensiones, ho-  
spitalia, de-  
cima, sepul-  
ture, ius pa-  
tronatus, cū  
beneficiis non  
permuntantur.  
qua de reple-  
nius. q. ad  
Clemēt. ver.  
beneficia.

igitur de pensionibus Ecclesiasticis est sentien-  
dum? ecquid & hæ beneficiorū nomine cen-  
sebuntur? Non videtur; quia licet spirituale  
quid habere videantur, vt ad c. cùm olim di-  
cebamus, in titulum tamen minimè dantur:  
quocirca beneficium cum pensione permutati  
non posset. De hospitalibus in titulu dari non  
consuetis (quædam nempe sic dantur) idem  
statuit ibidem Zabarella nu. 11. sicut & de de-

221  
Beneficiorum  
permutatio  
quam agrē  
admissa.

cimis deque iure sepulturatum. quibus addi  
potest ius patronatus, omniaque alia id genus  
iura. cum quibus ob id beneficia permutari ne-  
queūt quod inter se dumtaxat beneficiorum  
permissa tandem sit permutatio, nō autem be-  
neficij cum ullo alio spirituali vel quasi spi-  
rituali iure; propter cuiusdam quasi nundinatio-  
nis in rebus huiusmodi spiritualibus visam  
speciem, & speciei istius odium, de quo satis  
multa diximus in huius nostræ Commétatio-  
nis exordio. quin & iure ciuili res vel sacras vel  
publicas vel religiosas in commercium per  
se non venire notissimum est; vnde nec bene-  
ficia permutari possent nisi singulariter hoc  
tadēm fuisset permissum, nec nisi singularibus  
etiam de causis. Quod si quis crassissimam &  
rotundissimam clarissimamque beneficij Ec-  
clesiastici propriè sumpti definitionem deli-  
deret, sic habeat; *Beneficium Ecclesiasticum est*

222  
Beneficij Ec-  
clesiastici de-

ius prouentuum ex rebus temporalibus Deo  
vel

vel Ecclesiæ dicatis percipiendorum Clericis *finitio, diuis.*  
in perpetuum quoad vixerint propter officia *fio, subdivisi-*  
clericalia ritè canonice quæ concessum. siue de *fio.*  
secularibus quæratur siue de regularibus bene-  
ficiis; idque siue dignitatem habeant annexam,  
siue curam animarū, siue quod aliud officium  
peculiare, siue denique simplicia sint beneficia  
nihil tale annexum habentia. Quibus quidem  
tum definitionis tum diuisionis & subdivisio-  
nis ex verbis, annalia quæ dicuntur beneficia,  
cum hospitalibus plerisque vel alio simili iure,  
beneficiorū nomine proprio destitui liquet,  
quantumuis generali beneficiorum vocabulo  
non pessimè compræhendantur. Sed horum  
nunc satis.

Ait Pont. *Ad tuam collationem spectantia.*

Quæro, quid si beneficia permundanda non per-  
tineant ad Episcopi (quem Pontifex hic allo-  
quitur) sed alterius alicuius collationem? num  
permundantibus præferentur expectantes isti  
Pontificij? Mouit hanc etiam quæstionē Glos-  
sographus hic noster, ac in utramque partem 223  
disputat, sed pro negante tandem resoluti, quam *Quid si Colla-*  
& usus firmavit. Nos actuum nolumus agere; *tio non ad E.*  
probamus Glossographum, qui cuius est in *piscopum sed*  
promptu manibusque teritur omnium. Colla-  
tionis Episcopalis nempe fit hic mentio quod  
facti species Pontifici proposita sic sese habe-  
ret, non autem quod aliud in aliis beneficiis  
permundandis esset statuendum, sicut omnes  
nostrī Doctores interpretantur. Quanquam  
non ineptè forsitan dici quoque posset, pro-  
pterea

124 *De Sat. permut. benefic. iure.*

224  
Cnr Episco-  
palis Colla-  
tionis hic fiat  
mentio.

prærea Collationis Episcopalis hic fieri men-  
tionem quod omnium omnino beneficiorum  
ex causa permutationis resignatorum collatio  
solius Episcopi sit, quantumlibet alioquin il-  
lorum beneficiorū simpliciter & absolutè va-  
cantium collatio pertineret ad alios; cùm so-  
lius Episcopi sit, & non inferioris, vel appro-  
bare vel improbare beneficiorum permutationes,  
vt ad cap. cùm olim. in verb. resigna-

225  
An inferior  
Episcopo pos-  
sit admittere  
permutatio-  
nes benef.

uit & post resignationem, &c. docuimus. Quo-  
tamen in potestatis Episcopalis genere non in-  
eleganter quærat hic aliquis, an vel Consuetu-  
dine vel præscriptione ius hoc admittendarum  
permutationum beneficialiū competere pos-  
sit inferioribus Episcopo collatoribus. Actra-  
dunt omnes nostri, posse; secuti Glossogra-  
phum in Clement. 1. de rebus Ecclesiis non a-  
lienandis. quod & usus passim receptus appro-  
bavit & ratione nititur non inidonea, quod  
nimirum ius hoc totum permutationis bene-  
ficialis merè sit humanum, & quidem non ad-  
modum vetus ut liquet ex nostro proœmio.  
Ratio rationis reddi posset, quod inferioris  
Collatores, plerumque propriis atque cer-  
tiū nouerint quid & particularibus Ecclesiis  
& ipsis permutantibus magis expediat, quam  
semper Episcopus qui particularia quæque mi-  
nutora non æquè comperta poterit habere.  
Quod vel de Consuetudine vel præscriptione  
diximus, notauit & Rebuffus in praxi sua be-  
neficiali tit. de permut. nu. 20. Quid si benefi-  
cia permutanda sint in Ecclesiis ab ordinario

exem-

exemptis & immediatè subiectis Apostolicæ  
Sedi ? Solius erit Pontificis ex iure quidem  
communi permutationes admittere ; sed ex  
consuetudine vel ex indulgentia potissimum  
Pontificis poterit esse Capitis inferioris ea-  
rundem Ecclesiarum vel etiam Capituli siue  
Collegij cuiuspiam , præsertim si Pontifex ip-  
sis ordinariam beneficiorum conferendorum  
facultatem (sicuti fit) indulserit . Consulen-  
dus hac in re Glossographus in Clement. uni-  
cam de rerum permut. quod & Rebuffus loco  
modò memorato minime silentio præteriit.  
Non obstat argumentum præcipuum à Glos-  
sographo pro sententia contraria prolatum ,  
de vacatione beneficij per resignationē ex cau-  
sa permutationis , ideoque Pontificios expe-  
ctantes esse præferendos permutantibus , cùm  
soli sint hic excepti permutantes illa tantum  
beneficia quorum collatio pertinet ad Episco-  
pum , qua si in cuius vnius atque solius fau-  
orem constitutio hæc emanauerit ; quo fauore  
cessante (dum collatio cuiuspiam est alterius  
quam Episcopi) cessare simul Constitutionis  
Bonifacianæ dispositionem : nam longè quid  
aliud esse , collationem ad solum Episcopum  
pertinere , quam sit collationem ad alios perti-  
nere siue solos siue simul & ad Episcopum &  
ad alios . arg. l. præcipimus . C. de Appell. &  
arg. c. cùm in illis . & capit. vlt. s. de præbend.  
Non obstat , inquam ; quandoquidem quod colla-  
tionis Episcopalis hic fiat mētio , non ad cap.  
decisionem sed aliō pertinet sicuti modò re-  
spon-

226  
*In Exemptis  
Ecclæsiis per-  
mutationem  
quis admit-  
tat.*

227  
*Respondetur  
arg. in con-  
trarium fa-  
cientibus.*

126 *De Sar. permut. benefic. iure.*

spondebatur; quod & ex ipsa Constitutionis huius ratione per Pontificē subiecta satis colligitur, dum verbis utitur hisce, permutationem beneficiorum qua alias minimè resignassent. quasi diceret, expectantibus nihil decedit; quia nisi permutatio posset absolui permutantes noluissernt resignare sua beneficia sed ea sibi retinere voluissernt, & per consequens nihil vacasset pro expectantibus. Quæ ratio generalis est omnibus omnino beneficiis permutandis, siue penes Episcopum solum sit eorundem beneficiorum collatio siue penes alios etiā quoscumque. Quæ dubitatiuncula per Clementinam vnic. eodem tit. penitus est sublata.

228  
*Clementina  
vnica h. tit.  
quorsum?*

Ait Pont. *liberè resignant*. Nota liberā quoque resignationem dici non tantum quæ fit simpliciter & absolute sed quæ fit permutationis causa; propterea nimis quod non fiat vi vel metu sed spontanea voluntate. Dic ergo *liberè*. i. spontanea voluntate liberrimoque consensu, non autem quod Episcopo liberum sit cuicunque velit alteri beneficium sic resignatum conferre. Quæ interpretatio menti Pontificiæ mihi videtur conformior quam quod Glossographus ait *libere*. i. absque Simonia vel ut Simonia vitetur; quamvis hoc per se sit verissimum, resignationem scilicet ex causa permutationis factam Simoniacem, non ceteri permutantes hosce; sed efficere ut expectantibus detur locus. unde videri prima facie posset hæc interpretatio Glossographi melior quam sit illa mea superior, nisi quod vox

229  
*Libera resi-  
gnatio quan-  
ta sit hic intel-  
genda.*

liberè non videatur ad Simoniae vitationē com-  
modè posse applicari. Quorsus ergo seruier,  
inquis, hic illa vox? Hūc seruier, vt si coacta fue-  
rit resignatio nō sortiatur effectū permutatio,  
sed suum recuperet ille quidē beneficium qui  
metu resignauit, alter autem resignans qui vim  
vel metum intulit suum non recuperet benefi-  
cium sed id expectanti beneficio tanquam verè  
vocans conferatur in odium illius qui vim  
vel metum intulit quique propterea Constitutionis  
huius benignitate sit indignus. Hæc igitur  
interpretatio tum voci tum rei presenti re-  
spondet, interpretatione Glossographi non  
voci sed soli rei congruente.

Ait Pont. ac sine fraude. Cuius rei dedimus  
exemplum superiùs in verb. *beneficia proximè  
vacatura expectent.* ex cap. vlt. s. de renunc. vbi  
Dauus quidam larum deceperat hiantem; sed  
quia fraus interuenerat, Expectanti succurre-  
batur. In permutatione sit exemplum, vt si be-  
ficium quod proximè sperabatur vacaturum  
cum aliquo permutetur in fraudem expectan-  
tium; veluti, si quis iam iam ducturus vxorem  
permutauerit beneficium suum quod habebat  
opimum cum beneficiolo tenui, vt id scilicet  
vxore confessim ducta vacaret & expectanti-  
bus obtruderetur potius quam opimum illud  
quod habebat.

Ait Pont. *aquitatem preferentes rigori.* De  
rigore scilicet verè vacat beneficium per huius-  
modi resignationem etiam ex causa permutationis,  
& per consequens expectantibus ape-  
titur.

230  
Exemplum  
fraudis hic  
expectatiibus  
facta.

ritur locus: Æquitas vero suadet ut ita resignantes præferantur istis Expectantibus, quia non nisi permutationis causa resignartunt.

231  
Ipsò iuris etiā  
rigore cur non  
præferantur  
permutantes  
Expectatibus

Et hactenus quidē sunt omnia satis alba. Sed scrupulus oritur ex hac re maximus, quem nostros interpres non sensisse, nedum sustulisse demoror equidem vehementer, videntur enim resignantes hi de iuris etiam rigore præferendi talibus Expectantibus, ita ut hac æquitatis benignitate Bonifaciana non magnopere videatur indiguisse. Nam si tacita subsit conditio resignationi quæ sit ex causa permutationis, quæ admodum stipulatio dotis tacitam continet conditionem *si nuptiae sequantur d. l.* stipulationem. *π.* de iure dot. si, inquam, tali resignationi subsit conditio hæc *si permutatio sortiatur effectum*, quare non ipso iure vel de iuris rigore præferentur hi resignantes istis expectatibus? vel quare fuit resignantibus his opus hac Pontificis æquitate? Puto respondendum, ratione rerum contractui subiectatum, non esse tam fauorabilem in iure permutationem beneficiorum quam fauorabilis est stipulatio dotis: quia permutatio beneficiorum, tāquam commerciū de rebus verè spiritualibus vel rei spirituali connexis, odiosa semper est; & ob id conditionis huiusmodi tacitæ non magnam habet Ecclesiasticum seu Pontificium hoc ius rationem; sed iuxta naturam resignationis omnis propriam verè vacat beneficium quomodo cumque resignatū eo quod omnes pæctiones atque leges & conditiones à rebus huiusmodi

232  
Beneficiorum  
permutatio  
quam sit o-  
dioſa.

modi spiritualibus longissimè semper debeant abesse. c. vlt. de paetis. Vidimus in huius Tractatus exordio quām temporibus Apostolicis & succedentibus etiam seculis plurimis ignorantiae fuerint beneficiorum permutationes; temporibus tandem schismaticis inchoatæ, lentissimeque in usum receptæ; crescentibus nimis & inualeſcentibus hominum quorūdam Ecclesiasticorum insolentiis & audaciis. Quo fit ut nisi Pontifex maiorem duceret hic æquitatis, quām iuris rigidi summiꝝ rationem, beneficia ſic. i. ex cauſa permutationis resignata nihilominus debita fuissent Expectantibus. Quia ratione præter alias multas motus aliquando Pius V. Pontifex optimus omnē quorumcumque beneficiorum ex cauſa permutationis resignationem voluit haberι pro ſimpli & absoluta vacatione, ſibiꝝ ſoli. i. Apostolicæ Sedi vel etiā Superioribus ordinario- rum collatorum permutationes admittētium ſolis, iure nimirum præventionis concesso, refuerauerat ac reliquerat; omnibus ordinariis talibus eadem beneficia vlli mortalium cōferre prohibitis; & quidem resignantibus iplis ad eadem beneficia vñquam obtinenda inhabili- bus & incapacibus in perpetuum iudicatis declaratisque; ſicut ex quadam liquet ipſius Bul- la, quam tamen poſtea temperauit: ita videli- cet, ne potestas admittendarum iuxta consue- tum ius permutationum collatoribus ordina- rijs vel ex iure vel ex consuetudine competens adimeretur quidē, ſed certis legibus ac modis  
i & limi-

<sup>233</sup>  
*Pius V quādā  
fuerit abhor-  
rens à benefi-  
ciorū permu-  
tationibus  
admittendis.*

& limitationibus regeretur atq; coërceretur ; inter quas est & hæc ne leuibus vnquā de causis permutatio beneficiorum vel vila prolsus alia resignatio permittatur : vt in Ecloge Bullarum & Motu-propriorum Pij quarti, Pij V. & Gregorij X III. Lugduni apud Catolom Pesnotium anno Domini 1582. edita videre

est pag. 79. & rursus pag. 94. Facit ergo sola materiæ contractui subiectæ varietas, vt nunc admittantur conditiones & leges nunc nō admittantur. Prophanæ quidem res in commercium veniūt sub quibuscumque legibus atque conditionibus, res autem sacræ sanctæ religiæ non veniunt in commercium per se, sed si quando super iis iure quodam singulari contractus aliqui permittantur , non nisi certis id limitibus conceditur, vt in beneficiorum permutatione passim declarauimus. népe, permutationem quidem beneficiorum fieri posse, sed absque pactis vllis permutantium, solius nutu collatoris ordinarij. Quocirca nisi Bonifaciana foret hæc ipsa Constitutio , cum Clementina, clausulæ nullæ salutares possent vel Expectantes istos excludere , vel collatores ordinarios à collatione libera sive quibuslibet aliis quam permutantibus facienda prohibere; quantumlibet centies millies dixissent in resignando protestatiq; fuissent hi permutaturi, Non

235 Clausula sit aliter nec alias nec alio modo. Verùm, post huius lutaris in beneficiis per motadis quo tidiana. benignissimæ beneficentissimæque Constitutionis Bonifacianæ promulgationem, postquam Clementinam , nihil est inter permutaturos hac

234 Rerū prophæ  
narum & spi  
ritualium vel  
spiritualibus  
accordarum  
discrimen in  
commercii  
faciendis.

Comment. in Clem. vnic. de rer. permut. 131  
hac salutari clausula frequentius : immò semper inesse censebitur ut maximè non fuerit expressa, sicuti contingit in stipulatione dotis. d. l. stipulationem. π. de iure dot. Pergamus ad hanc igitur Clementinam.

CLEMENTINA vnic. de rer. permut.

Clemens V. in Concilio Viennensi.

**N**E concessionē iuris utentibus præsertim circa spiritualia illudatur, si qua beneficia ex causa permutationis ab aliquibus resignata, aliis quam ipsis permutare volentibus conferantur, nullus hoc esse volumus firmitatis.

Miretur fortè quispiā cur hanc fecerit constitutionem Clemens quintus, cùm iam per superiora iura maximèque per Bonifacianam securitati permutatiū satis videretur esse consultum. Nam si permutantes præferantur Exspectantibus Pontificiis, quibus beneficia primū vacatura sunt affecta, quantò magis præferentur quibuslibet aliis nullum planè ius ante vacationem vel habentibus vel prætendentibus at sola collatione quæ nunc fit omnino voluntaria spontaneaque nixis, nemine scilicet ordinarium collatorem cogente vel virginete? Nostros Interpretes hūc non sensisse scrupulum, submiror; igitur ad hunc eximendum sic equidem sentio; Bonifacianam non satis clarè beneficiorū quorumlibet permutatores exspectantibus vel aliis quibuslibet præferre: primò quod nominatim loquatur de beneficiis ad solius Episcopi collationem pertinen-

236  
*Quorū Clemēntina fuit opus post Bonifacianā, de rer. permut.*

iij tibus,

tibus, deinde quod solos postponat exspectantes istos Pontificios ut homines ambitiosos & odiosos, deniq; præterea quod nihil de contrario collatoris facto disponat quando nimis collator omni reiecta conditione tacita sponte sua beneficium sic resignatū nihilominus confert vel exspectanti Pontificio vel cuilibet alteri quam permutanti. Quamobrem generalis hæc eademque clarissima retundissimaq; constitutio Clementina comprimis & utilis & necessaria fuit; vt amplius dubitari non posset quin aliis facta beneficiorum ex causa permutationis resignatorū collatio quam permutantibus ipsis, ipso iure foret omnino nulla. quod huius est constitutionis propriū, cum nec ante quidquam de nullitate tali vel dictum vel declaratum per Pontifices fuisset, multa enim fieri sèpè prohibentur. vt iuris habet regula, quæ tamen facta valent; ideoque si collator ordinarius reiectis post resignationē permutationibus istis, gratificari voluisset vel exspectantibus vel aliis quibuslibet, & iis beneficia sic resignata de facto contulisset, quitari quidem potuissent litemque mouere permutates hi sic illusi, sed ante Clemétinam hanc de nullitate collationis ne vel hiscere quidē fuissent ausi, cum summi iuris remedio destituerentur, æquitate sola freti; quæ propter circumstantias aliquas Episcopo vel alteri cuius or- dinario collatori visas haud inidoneas facilè vel obscurari vel euanscere solet: ubi nūc post istam Clementinam vel omnino recusare debet

<sup>237</sup>  
Propriū Cle-  
mentine de  
rer. permut.

debet ordinarius collator permutationem id est ex causa permutationis resignationem (sua nimirum retinentibus beneficia his qui permutare desiderabant) vel si semel admiserit huiusmodi resignationem, non potest aliis quam solis permutantibus haec beneficia sic resignata hinc inde conferre. Singulas nunc excutiamus huiusc Clementinæ clausulas.

Ait Pont. *Concessione iuris utentibus*. Intelgit Pont. permutationem rectè canonicęque vel deliberatam vel conceptam vel destinatam à meditantibus eandem permutationē, sine vi-  
tio nimirum prorsus vlo, solius autoritate superioris incundā perficiēdamque. nec enim sola fraus permutantiū vel mutua vel quæ frat-  
aliis abesse debet ut permutantes dicātur con-  
cessione iuris vti, sed omne omnino vitium.  
Quo in genere queretur haud insulsè, quid si  
consensus eorum qui vel patronatus habēt ius  
vel collationis vel electionis vel institutionis  
vel confirmationis vel quid simile cur consen-  
tire vel dissentire possint eo quod ipsorum in-  
tersit, non fuerit requisitus in ipsa permu-  
tatione sed postea per interuallum petitus &  
imperatus? An permutatio confirmetur, an  
verò præcedere consensus debeat ita ut noua  
permutatione sit opus? Ac verius est, suffice-  
re si consensus vel sequatur. DD. ad c. cùm  
consuetudinis. de consuetud. & ad cap. vnic.  
de rer. permuat. in 6. quō pertinebat etiam  
quæstio superiùs ad cap. cum olim. in verb.

238

*Cōsensu eo-  
rum quorum  
interest an  
præcedere de-  
beat, an sif-  
ficiat si se-  
quatur.*

i iij Resigna.

134. *De Sat. perm. benef. irre.*

*Resignauit disputata de validitate vel invaliditate permutationis factæ præteritis illis quorum consensus requiritur & qui nulla ratione volunt vñquam consentire; permutationem videlicet nihilominus ipso quidem iure valere, sed esse rescindendam.*

239

*Beneficia Ec-  
clesiastica ve-  
re propriej;  
esse spiritua-  
lia. & non  
tantum spiri-  
tualibus an-  
nexa.*

*Ait Pont. Præsertim circa spiritualia. Singulariter est hinc obseruandum, beneficia ecclesiastica nominari & esse spiritualia; non solum quod eorum titulus quid spirituale sit, d. c. dilecto. de præbendis, qui datur propter officium diuinis in rebus, c. vlt. de rescriptis in 6. verum etiam quod in bonis temporalibus quidem sed ipsi Deo vel Ecclesia Christi donatis & collatis atque dicatis consistat. Attamen quia fructus ipsi beneficiorum sunt merè temporales & in commercium cadut, plerique beneficia referunt inter annexa dumtaxat spiritualibus. fortè non omnino solidissime, nam non tam fructus ipsi vel prædia ex quibus fructus percipiuntur spectari debent in beneficiis ecclesiasticis rectè dijudicandis, quam ius ipsum seu facultas fructuum & emolumētorum talium percipiendorum; iuxta definitionem paulò superius à nobis traditam: quod quidem ius, merè spirituale quid esse nemo negauerit. Rectius itaque cum summo Pont. vel cum generali verius Concilio Viennensi beneficia quævis ecclesiastica spiritualibus ipsis rebus adnumerabimus.*

*Ait Pont. Ne illudatur. Cùm in omnibus omnino contractibus & hominū conuentiōnibus*

nibus agendum est sincerè, candidè, bonaqué  
fide, tum spiritualibus in rebus vel maximè;  
quandoquidem non religio seu conscientia  
tantum priuata vertitur verum etiam diuinus  
agit cultus, vbi frustratio, dolus, impostura,  
deceptio, duplicitas omnis non potest nō esse  
sceleratissima; cùm facinora tanto sint maiori-  
ra quanto vel is in quem perpetrantur est aut  
maior aut in delinquentes beneficentior ac li-  
beralior, vel res quæ violantur sunt sanctiores  
atque diuiniores aut spirituales magis. Exem-  
pla Glossographus aliquot adferit aliundè, vi-  
delicit ex Clement. vlt. s. de renunc. & ex c.  
vlt. de postul. & ex c. ne quid. 22. q. 2. & ex  
c. excommunicatorum. 24. quæst. 5. Quibus  
hic immorari nunc operæ premium non est: ad  
grauiora quæstionum hūc pertinentium gene-  
ra properemus.

Ait Pont. *Si qua beneficia*: Dicebamus ad  
Bonifacianam verbo *Beneficia* quām ægrè be-  
beficiorum inter se se fuerit admissa tandem per-  
mutatio, nedum beneficij cum hospitali vel a-  
lio quopiam iure spirituali tanquam in com-  
merciū per se non cadente. *Quid igitur est*  
*sentiendum de permutatione iuris alicuius*  
*omnino spiritualis cum re prophana?* Certè  
multò minus erit admittenda; quandoquidem  
iuris est clarissimi, spiritualia cum temporali-  
bus permutteri non posse c. vlt. de rer. permu-  
t. propter simoniæ labem talibus in permu-  
tationibus apertissimè se se prodentem: *Quo*  
*fit ut nec hospitale seu domus religiosa cum*

i. iiiij domo

240  
Sincere cum-  
Etis in rebus  
agendum, pre-  
cipue tamē in  
spiritualibus.

241  
Pro persona-  
rum & rerum  
qualitate por-  
derari delicta

242  
Spiritualium  
cum profanis  
nulla permu-  
tatio.

243  
Hospitalis cū  
domo priue-  
ta, permuta-  
gio.

domo quapiam priuata (laicorum nempe domicio) siue ad laicos pertinente siue ad Ecclesiā aliquam, permutari vlo modo possit sine vitio simoniae quātumlibet ambo permutantes eam permutationē cum primis optarē perfici. Contingit his interdum temporibus ut partim per hæreticorum partim per militum grassationes Monachis vel Religiosis ruri degenerere periculose sit, qui domos suas priuatas in urbibus & intra mœnia sitas neq; tamen satis amplas nec ipsorum capaces desiderant permutare cum hospitalibus quibusdam tum capacioribus tum sibi multò cōmodioribus; idque reluctantibus hospitalariis vel aliis quorum tale quid fieri plurimum interest; Quæratur an propter bonum publicū Princeps temporalis, vel Episcopus etiam loci, posset hanc imperare perfici que curare permutationem? Ac de iure respondendum videtur, nullo modo posse; sed hoc totum solius esse Summi Pontificis; Clement. 2. in princ. de relig. dominib. vbi non tantum Glossographus vetum etiam contextus ipse foli referuant Pontifici mutare vel, vt Glossographus ibi loquitur, alterare consuetum talis religiosæ domus usum in alium quemcumque; quantumlibet consentientibus etiam partibus. Quæ quidē Clementina per Cōcilium quoque Tridentinum sess. 7. cap. reformationis 15. fuit renouata. Quinimmo generaliter idem Cōcilium sess. 25. reformat. 8. præcipit ad amissim obseruari fundationes antiquas iuxta primum suum institu-

224  
An Princeps  
temporalis vel  
etiam Episco-  
pus loci posset  
mutare pias  
fundationes  
in alios ysus.

stitutum quatenus vlla ratione fieri poterit, iussis Episcopis obseruari curare quidquid à fundatoribus expressum fuerit. Quæ omnia tantò iustiùs obtinere debent quanto fundationes oppidanæ sic per exteros petitæ depræ henduntur antiquiores fortè fundationibus corundem petentium; Nam quanto vetustior & antiquior est aliqua Religio seu religiosus ordo, tanto simul est fauorabilior cap. vlt. de religiosis domib. nisi foriè degenerarent antiquiores, & noui singulariter essent Ecclesiæ labenti vel utiles vel necessarij; sicut hac tempestate Patres optimi Societatis nomine IESV, quorum institutis equidem lubenter illud accommodauero Concedant antiqua novis. Porro ne prophanis quidē in rebus à testatorum seu fundatorum voluntate temerè recedendū est, nisi vel id quod illi voluerunt commodè perfici non possit vel cōiectura quæpiam voluntatis cū utilitate publica concurrat: quibus casibus adhuc non aliter quam solius autoritate supremi Principis id permittitur l. 1. & l. 4. π. de administr. rer. ad ciuitat. pertin. & l. vlt. π. de operibus publicis & l. legatum. π. de usufr. legato. facit eodem cap. tua nobis. de testam. & ibi Panorm. num. 4. & Couarr. numer. 7. & Auth. de Ecclesiast. titu. §. si quis autem pro redemptione captiuorum. qua de re nos quoque plura diximus in Commentario de iure exequendi testamenta num. 42. Cæterum non male notauit Glossographus hic noster ad hanc vocem *Beneficii*,

i v recte

245  
Antiquarum  
fundationum  
obseruatio per  
Concil. Tri-  
det p[re]cepta.

246  
Societas no-  
mibus IESV  
religionibus  
antiquis p[re]-  
ferenda.

247  
Profani in  
ribus à teste-  
torum volun-  
tate quatenus  
recess p[otest].

## 138 De Sat. perm. benefic. iure.

248  
Hospitalia  
quatenus cū  
beneficiis per-  
mutari pos-  
sint.

249  
Res tuum spi-  
ritualestum  
prophanæ seu  
temporales  
quomodo per-  
mutetur quo-  
ad eam pro-  
prietatem per-  
petuam.

250  
Anres dinner-  
si generis in-  
ter se permu-  
tentur.

rectè permutari cum beneficiis hospitalia illa quæ in beneficia conceduntur, qualia recitan-  
tur j. de religiosis domib. d. c. 2. §. vt autem.  
eo quodd sint instar beneficiorum; alia verò ho-  
spitalia nequaquam; cùm beneficiorum dum-  
taxat inter se se permitta sit permutatio, quate-  
nus de clericis titulo quæritur. Sin de rerū ipsa-  
rū proprietate perpetua inter veros dominos  
permutanda quæratur, vt si duo monasteria  
vel alię duę Ecclesię duas Parœciales Ecclesiias  
hinc inde sibi subiectas, vel duos Prioratus, vel  
alias domos religiosas, inter se se velint permu-  
tare, dubium non est quin ut spirituale cum spi-  
rituali sic etiam temporale cum temporali per-  
mutari possit iuxta c. ad questiones. de rer. per-  
mut. Sed in hoc genere quæritur, an ut iuste  
Pontificio valeat rerum ipsarum inter se per-  
mutatio, necessarium sit ut res illę sint eiusdem  
utrinque generis, ut pote calix pro calice, do-  
mus pro domo, Ecclesia pro Ecclesia, sicut de  
permutatione beneficij præcisè cum beneficio  
diximus, an verò generis quoque diuersi res  
inter se permutentur, veluti calix pro casula,  
vel aliis vestibus quibuscumque sacris. Ac ve-  
rius est, permutationem in rebus diuersi quo-  
que generis consistere, quemadmodum per  
iura ciuilia rectè scyphus permutatur cum Sti-  
cho vel cum libris vel rebus aliis, vt & vinum  
cum bobus l. naturalis. in princ. vers. sed si scy-  
phus. π. de præscriptis verbis. & §. item pre-  
mium. in fin. Institut. de Empt. & vendit. dūmo-  
do res prophanæ non dentur pro sacris, ut iam  
ſæpius

sæpius est monitum ex c. vlt. de rer. perm. Quamobrem fundus cum domo vel re qualibet alia rectè permutabitur, & quidem cum iure simul incorporali, nimirum seruitutis alicuius, ut exempli causa, suppeditandorum alimētorum. Vnde sequitur ut si quis fundum suum ex causa permutationis monasterio ci- piām dederit ut vicissim quamdiu vixerit ala- tur à monasterio, iusta censeatur hæc permu- tatio fundi cum alimentis; adeò ut etiā si fundus ille monasterio postea vel chasmate vel ali- ter perierit absque culpa huius permutantis & citra ius euictiōnis, alimenta nihilominus de- beantur; cùm fundus fuerit iam monasterij proprius, ipsique soli non autem huic alimen- tario perierit, ut optimè Cynus adnotauit ad l. 2. C. de iur. emphyt. & ex eo Silvester Prie- ras in sua Summa verb. *Permutatio in genere.*

quæst. 4. Quid igitur de permutatione hospi- talis cum iure patronatus, vel alterius iuris ali- cuius Ecclesiastici cum altero iure Ecclesiasti- co diuersi generis opinabimur, valebitne per- mutatio? Sic videtur, ex iure iam nunc expli- cato. Cur igitur, inquis, non æquè beneficium permutari potest cum alio iure spirituali, veluti cum iure patronatus, vel cum decimarū col- lectione, vel cum hospitali, vel cum alio ali- quo iure simili? vel cur præcisè beneficij cum beneficio requiritur permutatio? Quia cleri- cis de titulo perpetuo seu sustentatione sui certa quod vixerint prouisum consultumque debet esse, seu quod idem est, clericī certis adscribi

251  
Rei corpore-  
lis cum incor-  
porali permu-  
tatio, veluti  
fundi cum  
seruitute.

252  
An res aliae  
spirituales di-  
uersi generis,  
vel eiusdem,  
possent inter-  
se permutari.

253  
Ratio viua  
cur beneficium  
nequeat per-  
mutari cum  
vilo also iure  
spirituali que  
cum solo be-  
neficio.

adscribi debent Ecclesiis ad cultum diuinum exercendum & ad Ecclesiastica munia obeunda, certis in hoc ab Ecclesia stipendiis prouidè constitutis, ne vel victus querendi necessitate laborates, vel rebus externis impediti, diuinis desint officiis: qualia stipendia perpetuis quidem temporibus duratura sed nunc huic nunc illi clero quamdiu vixerit in titulum concedenda nusquam vel inueniuntur vel sunt alibi quam solis in beneficiis ecclesiasticis. Itaque si talia permutarentur cum cæteris aliquibus ecclesias bonis quæ nō in titulum seu perpetuum

<sup>254</sup> *Stipendium cer-  
tū idemq; per-  
petuum cur cle-  
ricis constitutus  
debas.*

stipendiū sed ad brevē dumtaxat vel incertum tempus alicui priuatim subinde concedantur, continget ut clericus in sacris constitutus titulo tandem careret & contra Canones omnes necessaria vitæ sustentatione destitueretur, id quod Ecclesiastica legislatio nulla ratione patitur, tum propter causas modò memoratas, tum quod minimè deceat eos qui diuino ministerio sunt adscripti, cum ordinis dedecore mendicare vel sordidos aliquos exercere quæstus. Adeò ut si quis ab Episcopo fuerit ad sacros promotus ordines absque tali vel titulo vel stipendio ad vitam honestè tuendam sufficiente, talis Episcopus vel eius etiam Successor teneatur de suo prouideri tali ordinato donec eidem de competenti seu sufficieti fuerit beneficio prospectum cap. cùm secundum Apostolum. de præbend. & Concil. Trident. sess. 21. reformat. 2. quo loco Sacro sancti Patres iustissimis de causis prohibuerunt ne quis

vñquam

<sup>225</sup> *Sine titulo  
quid si quis  
promotus. i.  
ordinatus?*

*Comment. in Clem. vnic. de rer. permut.* 141

vñquam clericus beneficium suum ad cuius titulum fuit ordinatus resignet, nisi constititerit eum aliundē satis commodē viuere posse, & vt alioqui resignatio sit ipso iure nulla. *Quare prohibita.*

cūm nec hospitalium in beneficia dari minime solitorum præfectura, nec beneficia manuaria seu præstimonia, nec decimarum collec-

tionis, nec vlla similia iura cuiquam concedantur ab Ecclesiis in perpetuum seu ad vitam, sed instar tutelæ vel curæ dumtaxat ad tempus, d. Clementina 2. §. vt autem de relig. domib. non est mirum si beneficia cum talibus per-

mutari nequeant. Posui solam decimarum collectionem, quæ potest & laicis committi, quod alioquin ipsæ decimæ, sicut & primitiæ, & oblationes, & sepulturæ, sint pars quædam ipsorū beneficiorum; de quali parte cum beneficiis permutanda non satis aptè quereretur cūm beneficia diuidi non debeant c. maioriibus. de præbend. Eodemque modo, de collectione nimirum decimarum, sumi debet quod

ad Bonifacianam verb. *Beneficia de permutatione beneficiorum cum decimis quærebatur.* At qui patronatus ius est, inquis, perpetuum; cur ergo cum beneficiis permutari nequit? quia non datur in titulu beneficij vnde quis viuere possit, sed absq; magnis emolumentis plerumque solius honoris causa competit etiam laicis ut ac tanquā vel fundatoribus, vel dotatoribus, vel restauratoribus; qui tamē subinde propter ægestatē debent ab Ecclesiis ali. quæ quidē res nihil habet cum beneficiis Ecclesiasticis commune.

256  
Tituli alienæ  
titio quatenus  
Cœcilio Trid.

257  
Hospitalia,  
manualia,  
præstimonia,  
decimæ, cur  
cum beneficiis  
non permutes-  
tur.

258  
Ius patrona-  
tus, cur item  
non.

259  
Patrimonij  
titulus loco  
beneficij cur  
nequeat per  
mutari cum  
beneficio.

260  
Beneficia ec  
clesiastica du  
plici nomine  
dici & esse  
perpetua.

mune. Quid si quis igitur sub patrimonij sui ti  
tulo fuerit ad sacros promotus ordines , ad  
quod etiam iure nouissimo certis casibus per  
mittitur iuxta Concil. Trident. sess. 21. refor  
mat. 2. nunquid admittetur eius tituli (fun  
gentis vice beneficij) permutatio cum ecclesia  
stico beneficio? Beneficia Ecclesiastica dupli  
nomine debent esse perpetua , primūm abso  
lutè & per se , nimirū fundatione quadam in  
perpetuis ipsius Ecclesiæ bonis consistente re  
manenteque, deinde respectu singulorum pos  
sessorum duratione quadam stabili ad cuiusq;  
possessoris usque vitam : quorum duorū prius  
quoniā deest patrimonio seu titulo patrimo  
niali, necessariè fit ut nullo modo permutatio  
ni sit hic locus. quōd facit & alia ratio prægnan  
tior, quōd beneficiarius ille qui patrimonium  
alterius pro beneficio suo consequeretur ex  
causa permutationis , nihil reuera depræhen  
deretur habere mortuo altero cuius id patri  
monium fuerat, ut potè quod mox ad here des  
eiusdem reuerteretur, ut ad Ecclesiam nō per  
tinens; immò simulatque illi qui sub titulo pa  
trimonij sumpsit sacros ordines aliundè pro  
spectum fuerit de beneficio Ecclesiastico vel  
aliter, istud patrimonium exoneratur , & ad  
pristinam reddit naturam, ita videlicet ut possit  
alienari. d. reformat. 2. Quibus accedit quōd  
nemo sit in tali casu collator ordinarius qui  
permutationem talem posset effectui dare,  
cūm patrimonium hoc in collatoris ullius po  
testate non sit, ne volente quidem eo cuius est  
patrī.

patrimonium, nisi prius in rebus laicis id esse desisset & in beneficium Ecclesiasticum legitimè canoniceque conuersum fuisset. Quid multis? Patrimoniū si daretur ex causa permutationis pro beneficio, temporale scilicet pro spirituali, vera manifestaq; foret simonia. Cur autem pensiones (quæ tituli quoque funguntur vice, sicut patrimonium, d. reformat. 2.) permutari cum beneficiis nequeant, quātumlibet plus habeant affinitatis cum beneficiis, vt ex quibus delibantur, quām patrimonium verē mereque laicum, ratio est in promptu; Pensiones enim defuncto pēsionario mox redent ad sua beneficia vnde delibabantur, tanquam ad suam naturam, & cum eis coalescunt & absorbentur & intercidunt: ideoque nihil inuenirent viri diuitiarum suis in manibus qui beneficia sua cum talibus pēsionibus permittassent. Iam si pēsiones illæ quæ vel resignantibus vel aliis assignantur subinde, creari quoque possent super patrimonio debitoris, non ecclesiasticū quid essent sed omnino prophatum; quale quid cum beneficio ecclesiastico citra manifestissimam simoniæ labem permutteri non posset, nō magis quām patrimonium ipsum. Verūm pēsiones beneficiales inter permutantes ita constitui non posse superius oportet docuimus ad c. cùm olim. sub finem, ante singularum scilicet clausularum enucleationem. Quæ sola causa facit ut plerique quibus interdum propter beneficij resignationem pensio creari debet, eam non super debitoris

261  
Pensiones loco  
titulicū sine,  
cur permutari  
cum beneficiis  
nequeant.

262  
Pensiones Ec-  
clesiasticas  
nō posse super  
cuiusqñā Pa-  
trimonio vel  
cautione per-  
sonali recte  
constitus.

vel

144 *De Sat. permut. benefic. iure.*

vel cuiusquam alterius patrimonio prophano, nedum sub obligatione personali seu fideiussoria, sed iuper Ecclesis vel monasteriis aliisue domibus religiosis vel piis creari carent, quando vident sele impetrare non posse ut ipsa beneficia grauentur. Ergo quid si pensiones ita constitutæ fuerint ut periclitari non possint quamdiu vixerit ille cui pro beneficio ceduntur? ecquid permutatio valebit? nullo modo; quia perpetuitas priore modo sumpta, in illis non est, nec officia clericalia sunt illis annexa, nec per eas Ecclesiæ cuipiam certæ quis est adscriptus, id quod in beneficiis propriè dictis omnino requiritur. Quamobrem qui sub titulo patrimonij vel pensionum promouentur ad sacros ordines, beneficiarij per hoc non sunt.

Cæterum nouus hic & propemodum terribilis exoritur scrupulus ex eo quod spiritualia cum spiritualibus rectè permutari diximus; nam si res huiusmodi sacræ nō cadant in commercium, sicuti vel prophanis docemur legibus, l. in tantum. §. sacrae. π. de diuisione rer. & qualit. l. æde sacra. 73. π. de contrah. empt. & vendit. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. π. de verb. obligat. & §. nullius. Instit. de rer. diuis. quantò iustiùs hoc iure Pontificio res illas vel sacras vel spirituales ab istis nundinationibus oportet esse remotas & immunes? Ad hūc scrupulam dexterius eximendum, necesse fuit rerum spiritualium diligenter intueri & internoscere varietatem, qua in re magistro vix

263

Pensiones perpetuae periclitari nequeuntur, cur tamen cum beneficiis non possint permutari.

264

Beneficiarij.

265

Sacrae res & spirituales quomodo possint ullis rationibus in commerciis venire.

266

Spiritualium rerum varijs gradus.

ullo poterimus vti meliore quām D. Thoma Aquinate, viro tū naturaliter acutissimo , tum diuinitus illustrato , qui suis in Commentarijs in lib. 4. Sententiarum dist. 25. quæst. 2. art. 1. spiritualia tripliciter distinguit seu tres facit spiritualium gradus . Nam quædam sunt, inquit, purè spiritualia, vt gratiæ & virtutes: alia annexa & coniuncta rei corporali quæ ex hac vnione sacra efficitur , sicut Ordines in exterioribus ritibus corporalibus qui sunt sacri, & Character collatus per corporalē ablutionem: alia sunt spiritualia annexa corporalibus , manentibus corporalibus sacris, vt consecratio calicis & ius patronatus in aliquo fundo. Prima, nec de iure nec de facto possunt vēdi; quia non est in potestate hominis ea dare: Secunda possunt vendi de facto, sed non de iure; & hoc est, quia facta corporalia (in quibus datur spiritualia) vendūtur ; de iure tamen neutrū vendi potest : vltima verò , quantum ad id quod est corporale ibi (etiam cùm manet sacratū) possunt vendi, & transit spirituale cum corporali; sed quantū ad id quod est spirituale, vendi non possunt, vnde si ratione spiritualis plus (id est pluris) emeretur vel venderetur, vel principaliter spirituale intēderetur emi vel vendi, simonia cōmitteretur. Hæc ille; quēm latius explicat , & quidem luculenter explicat , Nauarrus in manuali suo Confessariorum cap. 23. num. 99. & seqq. vbi de Simonia disputat. quin & ipse D. Thomas pleniū explicat semetipsum in Summa sua Theologica 2. 2. quæst. 100.

k art. 1.

267  
D. Thomæ  
Aquinate  
præstantia.

268  
1. Spiritualia p̄i è vel  
essentialiter.  
" 269  
2. Spiritualia instrumen-  
taliter.  
" 270  
3. Spiritualia constituti-  
vè vel anne-  
xinè.

" 1.  
"  
" 2.  
"  
" 3.

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

" "

271

*Iorum trium  
raduum defi-  
nitiones.*

art. 1. & seqq. ac præcipue 4. art. Quibus ex locis omnibus pariter coniunctis intelligimus, gradum primum spiritualium consistere solis in iis quæ per se se pure, simpliciter & absolute, seu substantialiter, & ut nostri loquuntur, essentialiter, sunt spiritualia; sicuti septem dona Sancti Spiritus, & Charismata seu gratiæ, 2 virtutesque diuinitus infusæ: secundum gradum esse rerum quidem spiritualium, attamen minimè per se, sed per causam, vel ut nostri loquuntur causatiuè vel instrumentaliter; qualia sunt sacramenta per quæ tanquam per instrumenta quædam nobis dona Dei supernaturalia conferuntur, quæ duo priora spiritualium genera immediate ex Dei solius institutione sunt spiritualia. Tertium deniq; gradum esse spiritualium nec essentialiter nec instrumentaliter nobis ab ipso Deo immediate relictorum, sed ab Ecclesia Christi secundum potestatem supernaturalem sibi diuinitus à Christo concessam destinatorum & institutorum ad finem tum cultus diuini rite debitèque & quidem sanctius ac reuerentiū exercendi tum salutis animarum nostrarum cōmodius prouehendæ; qualia sunt omnia quæ prioribus duobus rerum spiritualium generibus annexa sunt, & à nostris destinatiuè vel finaliter vel statutiū. i. per statutum Ecclesiæ spiritualia dicuntur; ut sacramentalia, quæ dicuntur, & eis annexa, nimirum sacramentorum confiendorum & administrandorum ritus, Ecclesiærum & supellestilium Ecclesiasticarum consecratio-

272  
*Varia ac mul-  
tiplicita exem-  
pla annexorū  
spiritualibus.*

crationes, Ecclesiastica beneficia, ius patronatus, aliaque id genus. quibus ibidem Nauarrus adnumerat aquæ baptismalis & lustralis benedictionem, exorcismum, catechismum, beneficiorum Ecclesiasticorum collationes, renunciations, & similia. pertinere reor eodem solenes benedictiones cereorum, ramorum palmarum, granorum rosarij, Agnorum Dei, panum, campanarum deniq; vel aliarum rerum, quin & Sanctorum canonizations, cum reliquiis eorumdem. Quod quidem tertium postremumque spiritualium genus in duos rursum gradus aptè subdistinguitur; quandoquidem alia plus habent spiritualitatis (vt ita cum nostris loquamur) & minus corporalitatis, & à spiritualibus omnino dependent; vt Ecclesiastica tum beneficia tū officia, quē non Christiano cuilibet sed solis competit clericis ut hominibus diuino cultui singulariter destinatis: Alia verò plus habent corporalitatis vel temporalitatis, minus autem spiritualitatis, & à spiritualibus non dependent sed ad spiritualia duntaxat ordinantur seu referuntur, & ordine temporis vñum spiritualium præcedunt, & in hominis cuiuslibet Christiani quantumlibet non clerici sed laici possunt esse quadamtenus potestate, sicuti sunt ius patronatus, iura sepulturarū, calices, & alia vasa sacra, cum vniuersa supellec̄tīlī sacra; quæ subinde priuatorum est, non clericorum solorum sed & laicorum sacella vel domi suæ vel in publicis Ecclesiis habentiū. qualia spiritualia laicis etiam

k ij com-

273  
Spiritualia  
per annexio-  
nē b̄fariam  
subdistingui.

274  
Annexa de-  
pendenter.

275  
Annexa ana-  
tecedenter.

276  
Res quādam  
sacra priua-  
tum qua-  
dam tenue.

communia licet in iure nostro quaque no-  
minentur spiritualibus annexa, c. de iure. 16. de  
iur. patronatus, tamen antecedenter tantum  
non autem consequenter neque dependenter  
(ut Nauarrus loco praedicto loquitur) sunt an-  
nexa spiritualibus. Ea quae sunt generis prioris,  
vendi quidem nūquam possunt citra simoniæ  
vitium; permutari tamen possunt, non promi-  
scue quidem sed certis legibus & inter solos cle-  
ricos ut ac tanquam eorum capaces; ea verò  
qua sunt posterioris generis, vendi possunt iu-  
xta D. Thomæ distinctionem quoad vel tem-  
poralitatem vel corporalitatem seu materiam,  
alioqui non; multoque magis permutari pos-  
sunt, non inter clericos tantum sed & inter  
clericos & laicos, vel etiam inter solos laicos;  
ita tamen ut si de conuertendis iis in usus pro-  
phanos ageretur, solennitates iuris essent ob-  
seruandæ; veluti pro redemptione captiuo-  
rum, vel alendorum in fame pauperum gra-  
tia, calix etiam consecratus vendi posset in-  
terueniente confractione vel alioqui resecre-  
tione quadam Pontificali, quemadmodum le-  
gibus etiam ciuilibus probatur d. l. inter sti-  
pulantem. §. sacram. in verbis. Si rursus lege a-  
liquares sacra prophana esse cœperit. & l. conti-  
nuus. 127. §. cùm quis sub hac conditione, in  
verbis. Nec ad rem pertinet quod ius mutari po-  
test. n. de verb. obligat. & idem D. Thomas  
approbat d. art. 4. in respōsione ad argumen-  
tum secundum; qui tamē solius meminiit con-  
fractonis vel cōflationis (ut & c. ea enim qua-

277

Rem sacram  
diobus modis  
posse fieri pro-  
fanam; con-  
fractione, &  
resecratione.

§. I.

§. I. 10. q. 2.) & non refectionis re integra  
manente seu formam suam retinente dum re-  
uocatur in usus prophanos. verum de resecra-  
tione degradationi similima nos plura dixi-  
mus in Antiquitatibus nostris Ecclesiasticis  
in Syntagmate de iure prouentuum Ecclesia-  
sticorum ad c. 2. de testam. nu. 34. & seqq. vbi  
docuimus & Monachos Deo votos atque co-  
secratos posse per Summi Pontificis ita dispen-  
santibus resecrationem desinere esse monachos ,  
cum charactere non imprimat monachis Pro-  
fessio monastica, sicut imprimat Sacerdotalis  
ordo Sacerdotibus (vt & Ordines alij ordina-  
tis aliis) qui nunquam desinunt esse Sacerdo-  
tes etiam si degradarentur. c. quod quidam. §.  
si forte. & §. degradatus. 1. quæst. 1. Cæterum  
præter hos tres rerum sacrarum & quidem e-  
tiam spiritualium gradus reperitur & quartum  
quoddam genus rerum non quidem spiritua-  
lium propriè dictarum sed sacrarum nihilomi-  
nus, vel in perpetuum Deo vel Ecclesiæ dicata-  
rum, citra consecrationis uerbi nullius interuen-  
tionē; qualia sunt prædia resq; similes & mobi-  
les & immobiles & corporales & incorporales  
& animatae & inanimatae quarilibet Ecclesia-  
rum: tales enim res adnumerari sacris rebus, &  
in iis per se etiam solis committi sacrilegium ,  
quauis non simoniā, eo quod spirituales non  
sint, docemur ex c. nulli. & c. prædia. 12. q. 2.  
Quod & ipse D. Thomas agnoscit 2. 2. quæ-  
stion. 99. artic. 3. Quales quidem res licet  
ex natura sua per se ( quod consecratæ non  
k iij      sint

278  
Resecratio  
nostris igno-  
ta.

279  
Monachus  
potest fieri nō  
monachus.

280  
4. Ressacra  
quarti seu ge-  
neris seu gra-  
dus, ut fundi-  
smilesq; res  
Ecclesiæ  
perpetue.

sint sed per significationem remotiorem sacre dicantur propterea quod dicatae sint Ecclesiis) veniant in commercium, prudenter tamen cautum iure fuit ne citra singulares quasdam solennitates alienarentur tot. tit. de Rebus ecclesiæ alien. vel non. Reperitur & quintum rerum

<sup>281</sup>  
3. Res quedam  
sacra remo-  
tissimis significa-  
tione, ut res  
oblata, pecu-  
nia, fructus,  
&c.

Deo vel Ecclesiæ deique ministris aut etiam pauperibus obuenientium genus, quæ nō nisi ad breuissimum tempus quasi ad momentum sacræ quadammodo dici possunt, sed remotissima quadam rerum sacratum sumptione; quales esse constat species Deo vel Sanctis in usus aliquos pios in templis oblatas, nō ut illic perpetuò inaneant, vel ut per se se seruant ipsis Ecclesiis in sua natura, sed ut mox auferantur atque distrahantur, pecuniis inde confectis. Qualia quin promiscue subjiciantur commerciis hominum dubitari non potest; non magis quam de fructibus & prouertibus Ecclesiæ ceteris, deque pecuniis earundem, vel etiam de pecuniis in oblatione sacram venientibus: quæ omnia simulatq; placuerit insumi, nō secus atque verè mereque prophana commercio promiscuo subduntur (ut vel ipsa declarat euidentia rerum) quantumlibet interim donec abalienentur sacra censeantur c. habebat. & cap. Episcopi. 12. quæst. 1. Nec mirum,

<sup>282</sup>  
Sacrilegium  
etiam in re pro-  
phana in loco  
sacro deposi-  
ta.

quando & hominum priuatorum pecuniae vel res in loco sacra propter securitatem depositæ, si subtrahantur, sacrilegos efficiunt. c. quisquis. vers. similiter. 17. q. 4. & l. aut facta. §. locus. π. de pœnis. coniuncta l. Diui. π. ad l. Iuliam pecula-

peculatus & de sacrilegis & de residuis. Sed hæc de quinque rerum partim spiritualiū partim sacrarum vel certè pro sacris habitarū vel generibus vel gradibus crassiore quidem filo sed haud infructuosè (sicuti spero) contexta sint hactenus; ex quibus operam demus ut eximatur tandem scrupulus iste tam terribiliter nobis inieetus, qui nempè fieri possit ut sacræ res immò & spirituales, veniant in commercium vel ut spiritualia permutentur cum spiritualibus aliis, contra leges etiam prophanas & contra Regulam Pótificij simul iuris ita lib. 6. dictitantem, *Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum*; adeò ut etiam si corrucrit dirutumue fuerit ædificiū sacrum, locus nihilominus maneat sacer.d.l. in tātum. §. sacer. π. de diuis.rer. & qualit. Quo sit ut ne detrita quidē sacra supellex ad usum prophaniū possit instaurari vel interpolari iuxta Gloss. atque DD. in d. Reg. *Semel Deo dicatum*, ex c. ligna. &c. vestimenta. De consec. dist. i. Quidnam dicemus? E quidem conformiter superioribus respondendū puto, nihil illa iura in contrarium allata nobis aduersari; quia loquuntur de non ferenda permittēdāue rerum sacrarum translatione ad usus prophanos de quæ commerciis earundem rerum promiscuis inter quoslibet: Nos autem non de rerum spiritualium in usus prophanos conuersione loquimur (quod tamen nonnullis casibus permittitur, ut modò fuit ostensum) sed de sola rerum spiritualium permutatione inter se; non quidē ut vel pro-

k iiiij phanæ

283<sup>14</sup>  
Eximitur tā-  
dem scrupu-  
lus, quatenus  
& quomodo  
res illæ spiri-  
tuales veniāt  
in commerciū.

284  
Etiam detri-  
ta sacra si-  
peiles nō po-  
test in usus  
prophanos in-  
terpolari.

285  
*Permutatio  
spiritualium  
nō obstat Re  
gula Semel  
Deo dica-  
tum.*

286  
*Permutatio  
spiritualium.  
vt & benefi-  
ciorum, im-  
propriè dici-  
tur Contra-  
ctus permu-  
tationis.*

287  
*Gammerus  
qui de permu-  
tatione  
benef.*

288  
*Do ut des  
facio ut fa-  
cias.*

phanæ fiant vel spirituales esse desinant, vel hominibus laicis applicentur, sed vt functionē suam retineant, quantumuis possessorem seu mutent seu nouū sortiantur, id quod Ecclesiis frequenter est utilissimum. Neque vero promiscuè quoilibet super iis fieri posse contractus asserimus, emptionē certè super spiritualibus nunquam (ne Simon sit in fabula) sed canonicanam solemnemque duntaxat permutationem: quæ tamen ipsa permutation non tam verus est contractus ex nuda solarum partium voluntate dependens, quam commutatio quædam vel potius rerum translatio superioris nutu facta, mutatis, vti dicebā, possessoribus. Quamobrem & ipsa beneficiorum permutation prorsus impropriè dicitur permutationis contractus, cum permutantium partes in illa vix illæ reperiantur, vt post alios quosdam veteriores Interpp. obseruauit Petrus Andreas Gammarus de Casali Bononiensis in Tractatu suo permutationum seu in Repetitione cap. vni de rerum permutatione in 6. ad Rubricam num. 75. sub finem, & in explicatione ipsiusmet cap. num. 9. & alibi passim. Quo fit vt nonnulli non contractum permutationis hic agnoscant sed vel contractum do ut des vel potius contractum facio ut facias, id est, resigno vt resignes. Quanquam ne sic quidem vere contractus duci potest omnino liber & absolutus, cùm totus pendeat ex approbatione superioris, non autem ex nuda contrahentium voluntate. Quo quidem in approbationis genere,

nere, questionis est haud oculos nec inutilis, an tacita vel simplex approbatio superioris, absque vel resignationis vel collationis ullius interuentione, sufficiat? veluti superiore dicens, *Placet mihi vestra permutatio, transite*

289

*Simplex ap-  
probatio su-  
perioris aut si-  
nsit colla-  
tio.*

*alter in alterius locum, neque desunt graues au-*  
*thores inter quos & ipse putatur esse Pont.*  
*Max, Innocentius III. (attamen ante Pon-*  
*tificatum, ne quis eius autoritate moueatur)*  
*in c. inter cætera, de præbend. qui talem de-*  
*fendant approbationem, quasi cui tacita quæ-*  
*dam insit collatio; quemadmodum fit in sub-*  
*stit. pupill. vbi tacita vulgatis inest expressæ*  
*pupillari, & vice versa, l. iam hoc iure. n. de*  
*vulg. & pupill. subsit. In cuius rei argumen-*  
*tum facit & hoc quod iuxta Ioann. Andr. &*  
*Cardin. Host. traditionem ad cap. ex ore. de*  
*his quæ fiunt à maio. part. cap. valeat benefi-*  
*cij nondum clare manifesteque vacantis col-*  
*latio per Episcopum facta cuiquam alteri de*  
*consensu beneficiarij, seu veri possessoris; eò*  
*quod & hic tacita quædam censeatur interue-*  
*nisse tum possessoris huius renunciatio seu*  
*resignatio tum Episcopi acceptatio. Verum*  
*quia summè curandum semper est ne vitio-*  
*sus ad Ecclesiastica beneficia detur ingressus,*  
*& maturissimè religiosissimeque talibus in*  
*rebus versari conuenit, & hanc nostram Cle-*  
*mentinam sic loqui videmus ut apertam re-*  
*quirere videatur & resignationem & colla-*  
*tionem (dum per alios permutare volentes*  
*resignata ponit beneficia quæ tamen aliis de*

k v facto

290

*Tacita sub-  
stitutiones.*

291

*Tacita col-  
latio.*

154 *De Sat. permut. benefic. iure.*  
facto non de iure conferantur ) rectius illos ex-  
stimo sentire qui claram & expressam volunt  
adhiberi tum resignationem seu renunciatio-  
nem tum collationem ; quod & Host. in d. c.  
ex ore. iudicat esse tutius, & Senensis consue-  
tudine seruari scribit in memorato suo tracta-  
tu de permuat. quæst. 27.

292  
*Beneficia di-  
uersi generis  
recte permu-  
tari.*

Cæterum quod inter superiora diximus de  
beneficiis cum solis beneficiis , nō autem cum  
spiritualibus aliis rebus ullis inter se permu-  
tandis , licet alia spiritualia diuersi generis in-  
ter se permutentur , non sic est accipiendum ,  
quasi beneficia quoque permutada necessariò  
prorsus esse debeant eiusdem generis vel qua-  
litatis : possunt enim beneficia simplicia per-  
mutari cum dignitatibus & pastoratibus , &  
vice versa , dummodo capacitas personarū non  
desit . qua de re pleniū consule Ioannem  
Seluā parte 3. sui tractatus de beneficio quæst.

54 . Quandoquidem beneficiorum nomine  
comprehenduntur omnia talia dignitatum &  
curarum ecclesiasticarum genera , sicut ex be-  
neficij definitione patuit . Nec præcisè vnius

293  
*Vnius benefi-  
cij cum pluri-  
bus permuta-  
tio.*

beneficij cum uno beneficio tantum permitti-  
tur permutatio , verum etiam beneficij vnius  
cum pluribus beneficiis & beneficiorum plu-  
rius cum uno beneficio , si modò capacitas

personarum & hic adsit . id quod Interpp. no-  
strilatè prosequuntur ad c. cùm venerabilis ,  
de except. & *Rebuffus* in sua praxi beneficiali

294  
*An expreßio  
plurium bene-*

parte 3. tit. de permut. num. 40. Sed hic non  
importunè queritur , an si quis plura possideat  
benesi-

beneficia, quorum dumtaxat vnum permutare desiderat cum alio quopiam, necesse habeat etiam hoc in permutatione exprimere, nimirum se adhuc aliud habere beneficium vel alia beneficia. Dubitandi causam praebet quod ad obtainendum non motu proprio sed per preces aliquod beneficium ecclesiasticum necesse fit palam profiteri, & aperte exprimere si quod aliud is iam habeat beneficium quantumlibet exiguum, qui nouum postulat; ne propter obreptionis vitium fructu careat impetrationis. Quod non indistincte tamen intelligitur de quibuslibet collatoribus beneficium conferre rogatis, at solo de Pontifice vel eius legato per preces adito, Clement. vlt. de officio iud. ord. iuncto c. non potest dispensatio. in princ. & c. si motu proprio. de praebend. in 6. nam coram ordinario collatore talis expressio non est necessaria; quamobrem quæstio proposita planè cessat in permutantibus coram ordinario; sed in permutantibus auctoritate summi Pontificis aut Legati Pontificij poterit huic locus esse quæstioni. Cur ita tandem? quia & ambitionum per se tum in ordinariorum præcipue præiudicium adhibita semper est odiosa, & è contrario ius ordinariorum cumprimis est fauorable. Quibus adde, quod quanto maior est Pontifex & eius Legatus Episcopo vel aliis collatoribus, tanto magis peccet qui quid eum vel eius Legatum celat, ideoque maiorem quoque mereatur poenam. Quidnā igitur ad quæstionem propositam commodè respondebitur?

ficiorū sit ne-  
cessaria per-  
mutantibus.

295

Vbi & quan-  
do sit opus en-  
primere vel  
minimum e-  
tiam benefi-  
cium.

296

Ratio discri-  
minis inter op-  
dinarios Col-  
latores et Pōb.  
hac in re.

tur? iuri rationiq; conformius esse reor, expressione tali siue mentione beneficij cuiuspiam alterius, quam quod in permutatione venit, opus non esse: quandoquidem non simpliciter nec ex mera gratia confertur beneficium vacans ex resignatione propter permutationem facta, sed beneficium unum in locum alterius beneficij succedit non pro singulari lucro, vel ex causa lucrativa neque pro non a locupletatione, sed pro iusta pensione proprij beneficij pro beneficio alieno resignati, ita ut nihil noui videatur acquisitum. Quam sententiam & Senensis in d. tractat. de perm. quæst. 18. indistinctè sequitur; siue nimis propter fauorem solitum personarum fiat permutatione siue propter utilitatē Ecclesiæ singularem, siue beneficium pinguè permutetur cū tenui, siue par cū pari, siue beneficium simplex cum habet annexam curam animarū siue cum simplici, siue par denique fuerit personarum permutantium qualitas & aptitudo, siue dispar; cum semper verum sit, per approbationem superioris omnia satis esse purgata vel ab omnibus reprehensionibus excepta liberataq;. quādoquidem poterat alioqui permutatione non admittere superior, Pōtifex nimis vel Pōtificis Legatus potestate beneficiorū conferendorum praeitus, nempe Cardinalis, non quiuis alias, nisi specialiter hoc ei concessum fuerit c. i. de offic. Leg. in 6.

Consequitur ex præmissis resolutio quæstionis alioquin ambiguæ de docentibus pro beneficij consecutione. possitne videlicet labordo:

bor docendi cum ecclesiastico beneficio permutari. Nam si beneficia dumtaxat inter se se permutari possint, non autem beneficij cum alio iure spirituali permittatur permutatio, si cuti diximus, nullo modo labor docendi seu Theologiam seu quamlibet etiam scientiam permutari poterit cu<sup>m</sup> beneficio, quicquid tandem sibi velit Panormitanus ad c. quia nonnulli. de magist. & ne quid exig. pro licent. docen. quem iustissimè reprehendit Nauarrus in Enchiridio suo Confessorum. cap. 23. nu. 100. in explicatione definitionis vitij Simoniae. Quanquam Nauarrus ex alia ratione Panormitanum reprehendit; ex hac nimiriū, quod labor docendi non sit aliquid spirituale quantumlibet circa Theologiā versaretur; ideoque Simoniam non committi dum pecunia seu salarium pro labore docēdi recipitur; Panormitano post Hostiensem scrupulos inaniter injidente, quasi spirituale quid esset labor docendi, & per consequens ita Simoniae crimen incureretur per mercedis acceptiōnem; sed ē contrario non fore Simoniam, si beneficium permutaretur cum labore docendi eō quod spirituale cum spirituali recte permutari posse: cū tamen prorsus inuertenda sit oratio; quandoquidem cū docendi munus non sit aliquid spirituale, Simonia non erit aliquid pro munere illo recipere; sed Simonia committeretur si labor docendi pro beneficio rependeretur. Quale factum seu qualem conventionem DD. nostri parum propriè vocant

297  
Labor docen-  
di possitne ciō  
beneficio com-  
mutari.

298  
Docendi mer-  
cedem nō effe  
Simoniacam;  
sed pro benefi-  
cio docere,  
Simoniacum  
effe.

per-

permutationem, cùm sit potius facio ut facias,  
hoc est, doceo ut beneficium conferas. Hæc  
intellige si beneficium per se non habeat anne-  
xum docendi laborem.

Ait Pont. *Ex causa permutationis resignata.*

<sup>299</sup> *Resignare  
causa permu-  
tationis ex-  
pressa licere,  
sed in favore  
coram ordina-  
rio non licere;  
& quare.*

Notant hinc Interpp. post Glossographum,  
resignanti beneficium licere nominatim hoc  
exprimere, non simpliciter sese sed ex causa  
permutationis resignare; quantumlibet in fa-  
uorem simpliciter coram ordinario resignare  
quis nequeat citra Simoniae periculum si-  
cuti copiosè declaratum fuit ad cap. cùm  
olim. de permut. Ratio diuersitatis est quòd  
permutatio beneficiorum propter causas iam  
sæpius inculcatas iure tandem fuerit permissa,  
successionis verò species omnis omnino dam-  
netur nisi quatenus Pontifex ipse summus re-  
signationes in fauorem probauerit.

<sup>300</sup> *Tractatus de  
permutandis  
beneficiis.*

Ait Pont. *Permutare volentibus. &c.* Ex hoc  
item loco rectè nostri colligunt iure permis-  
sum esse tractatum de beneficiis permutandis,  
tametsi permutationis contractum perficere  
beneficiari per sese soli nequeant sed authori-  
tas seu consensus requiratur superioris, immò  
non consensus tantum, verùm etiam tum re-  
signationis acceptatio tum deinceps benefi-  
ciorum hinc inde sic resignatorum collatio.  
quod quia plenissimè prosequiri sumus in su-  
perioribus capp. hūc pertinentibus explican-  
dis, hic operiosores non erimus.

Ait Pont. *Conferantur, &c.* Diximus ad Bo-  
nifacianam, quinam sint illi superiores partim  
*Iure*

Iure communi partim consuetudine , penes  
quos admittendarum permutationum confe-  
tendorumque beneficiorum ex causa permu-  
tationis resignatorum , & per consequens va-  
cantium , sit potestas . Hic obiter cum nostris  
Interpp. atque Glossographo quærendum vi-  
detur haud importunè , sitne potestas hæc or-  
dinaria penes Capitulum cathedralē vel me-  
tropolitanum vacante sede vel Episcopali vel  
Archiepiscopali . Qua in re necessariò p̄nō-  
scendum est , ea quidem quæ sunt iurisdictio-  
nis Episcopalis vacante sede in Capitulū trans-  
ire ; quæ verò sunt ordinis vel etiam collatio-  
nis beneficiorum soli Episcopo competentis ,  
non transire . c. 2. ne sede vac. aliq. inno. cap.  
his quæ pro Ecclesia . & c. cùm olim. de Ma-  
ior. & Obed. & c. vnicō de maior. & obed. in  
6. & ad singula illa capp. DD. Quamobrem si  
beneficia permutanda pertineant ad solius E-  
piscopi collationem , verius est à Capitulo per-  
mutationem illam admitti seu approbari non  
posse , cùm collatio approbationem sequi de-  
beat , quæ quidem collatio minimè competit  
Capitulo . Si quis dixerit approbationem esse  
iurisdictionis & collationem venire in conse-  
quentiam , ideoque Capitulo collationem esse  
permittendam , respondendum erit , vna via  
non esse Capitulo vel alteri cuicunque con-  
cedendum quod alia via prohibetur cap. cùm  
quid vna. de Reg. iur. in 6. quæ conformis  
est & vnamis Glossographi nostrorumque  
sententia . Quod argumentum facit , vt ne-

301  
Capitula sede  
vacante pos-  
sit ne permis-  
tationes ad-  
mittere.

Lega-

302  
**Pontificius**  
**Legatus non**  
**Cardinalis an**  
**permutatio-**  
**nus admettere**  
**possit.**

Legatus quidem Pontificius non Cardinalis permutationes beneficiorum queat admittere, nisi speciale super hochabuerit mandatum, quandoquidem conferendi potestate caret. d. c. i. de offic. Legat. in 6. Sin beneficiorū permutádorum collatio pertineat ad Episcopum & Capitulum simul & coniunctim, sede vacante solum Capitulū permutationes admittere poterit; cùm possit absolute simpliciter que vacantia beneficia cōferre. c. vnic. in princ. ne sede vac. aliq. innou. in 6. quasi iure quodam accrescendi. Sed ecquid etiā priore casu (quando nimurū soli competit Episcopo beneficiorum permutandorum collatio) saltem resignationem ex causa permutationis poterit recipere vel admittere Capitulum sede vacante, reseruata nempe futuro Episcopo collatione? sic existimat quidē Senensis in suo tractatu de permutat. quæst. 36. verūm rectius mihi sentire videtur Lapus in suis ad eūdem Senensem Additionibus, ne hoc quidem Capitulo permittēdum esse si resignatio sit omnino voluntaria spontaneaque (sicut inter permutantes ut plurimūm contingit) licet rationis aliquid habeat ea sententia si quibus propter aliquam culpam necessitas resignandi forsitan imponeretur in pœnam; quo casu resignatio nis acceptatio mera foret Iurisdictionis absq; collationis vel Episcopalis vel Pontificalis vel cuiuslibet alterius præiudicio. Quæ distinctio satis probari videtur argumento cap. admodum de renūciacione. ybi beneficiorum renunciatio

303  
**An ne saltem**  
**resignatio**  
**possit per Ca-**  
**pit. acceptari.**

ciatio beneficiariis prohibetur inconsulis Episcopis. iuncto c. execrabilis. §. Ceterum Ordinarios. de præbend. in extrauag. Ioann. 22. vbi beneficiorum punitur pluralitas, ideoque pro resignationibus admittendis etiam Capitula sede vacante possunt adiri; collatione soli referuata Pontifici. Nam cessante dilationis periculo quid alioquin ineptius quam spontaneos permutates, ac nihil omnino delinquentes, apud alios beneficia sua resignare, rursus apud alios post logissimum fortassis interuallum eorundem beneficiorum collationem hinc inde sibi fieri postulare? Satis est enim permittantum vel permutare volentiū beneficia possideri ab ipsis metu donec simul & semel absolui possit permutation, quam non sine periculo tamdiu vacare, quae ratio cessat quando culpa re-signationem postulat.

Pontifex hic vtitur verbo conferendi; verum quid si beneficia permutada non sint collationis, at electionis? num dicemus locum fore huic nostrae Clementinæ tam in collationibus & presentationibus & postulationibus, quam in collationibus? Ita procul-dubio dicendum videtur; cum ratio prorsus eadem sit ubique, nec discriminem sit inter has omnes vel similes beneficiorum adipiscendorum rationes atque modos ullum, quatenus quidem de permutationibus faciendis est quaestio. Nec obstat Cap. cum in illis. de præbend. in 6. vbi non potest consequi beneficium ex electione qui gratiam duxat impetravit ut beneficium

I fibi

<sup>304</sup>  
Dilatio resi-gnationis a-liquando pe-riculosa.

<sup>305</sup>  
An in elec-ti-uis beneficij permutandis Clementina sit locus.

<sup>306</sup>  
Collatio quādo vel ex tendatur vel non extenda-tur ad Elec-tionem.

162 De Sat. perm. benefic. iure.

sibi cōferretur; quia tales imprestationes odio-  
sæ sunt, & è contrario semper est æquissimum  
ne permutantibus illudatur, vt hic vel ex ipsius  
Pontificis præfatione liquet. quare nec huic  
opinioni quisquam magnopere refragatur.

Ait Pont. *Nullius hoc esse volumus firmitatis,*  
*Itaque collatio erit ipso iure nulla. Quid*  
*igitur ante hanc nostram Clementinam? Cer-*  
307  
Ante Cle-  
mētinā quid  
hoc iuris.  
*tē collatio tunc aliis quam permutantibus fa-*  
*ceta summo iure valebat, licet rescinderetur. c.*  
*inter cætera. de præbend. vbi tamen ipsem*  
*Pōtifex admiserat resignationem ex causa per-*  
*mutationis & beneficia sic resignata permu-*  
*tantibus cōferri mādauerat; Episcopo nihil-*  
*minus alteri cuidam tertio beneficiū permu-*  
*tantis vnius temerè conferente; quam colla-*  
*tionem cum præcedētibus omnibus retracta-*  
*uit, resignantibus illis duobus in integrum re-*  
*stitutis. At hæc hactenus in Clementinam.*

**A**N SIT OPVS NOVA COLLA-  
TIONE redeuti ad suum beneficium ex causa per-  
mutationis resignatum.

*Item an propter non creatam pensionem vel pa-*  
*ctiones alias non impletas repeti possit huīsmo-*  
*di beneficium.*

**S**Vperest ut post explicata mediocriter su-  
periiora quinque cap. de permutationibus  
beneficialibus loquentia, superaddamus bre-  
uiter pauculas quasdā quæstiones, easque sin-  
gulares, quibus accuratè tractandis immorari  
non licuit hactenus. tum propter aliarū quæ-  
stionēs.

stionum contextibus oportunissimarum varietatem atq; multiplicitatem tum quod vno loco studiois omnia proponi non potuerint neque verò debuerint, ut fastidium vitaretur.

Ac quoniam sub finē cap. cūm vniuersorum. promiseramus pleniorē excursionē grauis simae quæstionis huius, an permutatione vel exitum non soriente vel nō impleta vel alioquin illusoria post impletionem reddita (propter eū etū fortè beneficium compermutantis alterius vel propter cōditiones aliquas non impletas) ipso iure rediti possit ad beneficium pristinum, an verò noua sit opus collatione, necessariò tandem nobis hac in fides est liberanda; quod iam antea factum oportuisset ad Bonifacianam. Dicebamus tentari posse, noua collatione opus non esse propter legem restitutionis inhærente beneficio ex causa permutationis resignato, si quando contingere resignantem falli: sed res eget illustratione. Priùs adferamus authoritates aliquot, hinc rationes, postremò responsiones ad argumentā in contrarium prima facie facientia, cūm limitationibus non nullis. Rebuffus igitur (vt à posterioribus incipiamus) inter practicos Gallicos minimè postremus in praxi sua beneficiali part. 3. tit. de permut. num. 12. non solam beneficij pristini proprietatem sine noua collatione censet redire, verū etiam possessionem ipsam, adeò ut retinendæ possessionis interdicto sit locus. de consuetudine non petitur, inquit, noua collatio quando quis redit ad suum

l ij benez

308  
Absque noua  
collatione nū  
redeatur ad  
beneficium  
pristinū per-  
mutationē  
impleta.

309  
1 Autori-  
tates de noua  
collatione nō  
requisita.

„ beneficium , vt notat Ioann. Andr. in c. vnic.  
„ cod. tit. in 6. & scripsi in tractatu de pacificis  
„ possessoribus in 22. extens. num. 145. & sty-  
„ lus Franciae fuit allegatus , & secundum eum  
„ iudicatum anno 1525. die 2 Maij, ideoque po-  
„ terit agere etiam possessorio is qui redit ad suum  
beneficium, etiam antequam redierit , vt sem-  
per vidi obseruari , &c. sic ille. qui tamē in illo  
suo Tractatu de pacificis possessoribus num.  
quem hic memorat 145. nihil minus quam de  
tali consuetudine loquitur; immō cōtrā docet  
ex professo sine noua collatione non posse re-  
signantē ad suum redire beneficiū . Sed priori  
sententiæ per consuetudinem Francicam pro-  
batæ conformia profert exempla seu res iudi-  
cataς Nicol. Boërius in suis decisionibus au-  
reis , decisione 97. quemadmodum & Papon  
in suis Arrestis tit. de permut. benefic. Arrest.  
2 & 3. Boërio plurimos alios, iuxta morem  
suum, congerente scriptores idipsum sentien-  
tes, vt Innocentium, Ioannem Andream, Ar-  
chidiaconum, Dominicum, Geminianū, Phi-  
lippum Decium similesque ; quos & nouissi-  
mē secutus fuit Franciscus Duarenus libello  
octauo de sacris Ecclesiæ ministeriis cap. 3. in  
fin. ratus , beneficio ex causa permutationis  
vel non tradito vel alioqui post traditionem  
semel factam euicto , verius esse , collationem  
nouam non requiri modō beneficiarius vim  
non inferat alteri , sed authoritate publica  
possessionem appræhendat. argumento capi-  
tuli cum qui beneficia. & capituli si beneficia.  
depræ-

de præbend. in 6. Licet autem decisiones Rotæ hac de re sint variæ varieque sonent, ultima tamen Decisio sub tit. de rerum permut. in antiquis, huic sententiæ videtur admodum fauere, vñà cum decisione 69. in antiquis in cuius fine sunt hæc verba; *Si non sequitur permutation, videretur resoluti possessio ipso iure in ipsum resonantem causa permutationis.* Quæ quidem omnia adeo censet vera Imbertus lib. institutionum foren. 1. cap. 37. in additione litteræ a, ut & interdicto retinendæ possessionis agere contra non implètem pos- sit ille qui vult ad beneficium suū redire, quasi nunquam sua possessione excidisset in casum quo permutationi non satisiceret; & ita quoque per Arrestum anno 1525. pronunciatum fuisse scribit ibidem, cuius etiam Rebuffum videmus meminisse. Neque verò luculentissimæ rationes quedam desunt cur ita sit sentien- dum, siue proprietas ipsa vel quasi proprietas beneficiorum ex causa permutationis resigna- torum spectetur, siue possessio, postquam ab altera parte non satisfit permutationis aut le- gibus aut cōditionibus. habet enim, sicuti ple- risque videtur, tota beneficiorum permutatione vel potius propter permutationem facta resi- gnatio tacitam conditionem hanc *si permutationis contractus effectum sortiatur stabilem ar- gumento cap. cum vniuersorum. de rer. per- mut. & cap. vnic. in 6. & Clementinæ vni- cæ eod. tit. quare vel non secuta vel etiam non seruata permutatione nihil actu esse cœlebitur.*

I iij haud

310  
2 Rationes  
huius openjo-  
nis multipli-  
ces ac varie-

311  
Tacita cō-  
ditionem ba-  
eneficiabiles  
permutatio-  
nibus inesse.

haud absimiliter omnino stipulationi dotis  
qua<sup>e</sup> non securis nuptiis euaneat d. l. stipula-  
tionem. π. de Iur. dot. prout inter superiora  
latius ostendebatur ad Bonifacianam, quan-  
quam hoc interest, quod in permutationibus  
beneficiorum bona fide factis id ex æquitate  
sola contingat, in stipulatione vero dotis etiā  
ex ipso iuri rigore. d. c. vnic. de rer. permut.  
in 6. & d. l. stipulationē. Quibus accedit quod,  
ut optimè monuit in suo tractatu de permut.  
quæst. 8. Senensis, æquissimum sit ne qui bo-  
na fide permutauit sumptibus atque laboribus  
pro noua collatione cōsequenda grauetur at-  
que vexetur argumento cap. viduis 27. quæst.  
1. Circuitum præterea semper esse vitandum;  
nec iuri occasionem ad iniquum dispendium  
trahi debere. c. quod nonnullis. de priuileg. &  
l. cum qui à pupillo. vlt. C. de vſucap. pro em-  
ptore. Rationem quoque non inidoneam no-  
bis in hac sententia esse probat cōparatio per-  
mutationis beneficialis cum venditione qua-  
mus in diem. fit interueniente pacto legis commissoriæ vel  
addictionis in diem; ubi ut maximè venditio  
fuerit purè concepta, resolutur tamen sub  
conditione. l. 2. ff. de in diem addict. l. 1. to-  
toque rit. π. de leg. commiss. quod multò ma-  
gis in permutationibus beneficialibus dicen-  
dum videtur, cùm tacita semper iis insit con-  
ditio iam inde ab initio contractus. & quidem  
ex ipsa natura contractus. quam quidem ra-  
tionem plurimi faciunt Auditores Rotæ ad  
decisi. vlt. de rer. permut. in antiqu. num. 7. ne  
plu-

pluribus nunc rationibus operose conquirendis immoremur. Iam quod attinet ad possessio-  
nis quoque retētionem si permutatio per-  
petuum non sortiatur effectum, sic videlicet  
ut ipso iure saltem ex æquitate (rigor nempe  
iuris obstat, non autem ius ipsum benignius,  
quatenus quidem de permutationibus queri-  
tur beneficialibus) possessio reuersa dicatur ad  
pristinum beneficij possessorem, vel potius ac-  
verius nunquam ab eo abcessisse, ratione vide-  
tur nisi manifestiss. possessionis cuiuslibet con-  
ditionalis; quandoquidem iuris est clarissimi  
possessionem sub conditione tradi posse. l. qui  
absenti. 38. §. 1. π. deadquir. & amitt. possess.  
qui procul dubio semper est animus beneficia  
sua ritè legitimeque permutantium. d. c. cùm  
vniuersorum: de rer. perm. d. Bonifaciana.  
dictaque Clementina. Nihilominus tamen in  
contrarium facere videntur hæc; primq. quod  
beneficia permutanda resignantur, & per con-  
sequens verè vacent, ac deinde conferantur  
hinc inde permutantibus. d. c. vnic. & d. Cle-  
mentina vnic de rerum perm. ideoque fieri  
non posse quin, ut ad ea denuo redeatq. col-  
latione sit opus noua. Sed responsio iam pa-  
tuit ex præcedentibus; quandoquidem condi-  
tionalia videtur illic omnia, nec est quod quis  
replicet, actus legittimos nō recipere diem ne-  
que conditionem. l. actus legitti. §. de regu.  
iur. quia conditiones tacitæ possunt illis incesse  
d. l. actus legitti. deinde constat ex resigna-  
tionis diuisione per eūdem tradita Rebuffum

l. iiiij iureque

313  
Aliud est ip-  
sum ius aliud  
iuris rigor;  
cum et æqui-  
tas dicatur  
ipsum ius, at-  
damus beni-  
gnus.

314  
Possessionem  
sub conditio-  
ne tradi posse  
sicuti domi-  
num.

315  
Arg. incon-  
trariam sen-  
tentiam cum  
solutionibus.

316  
Actus legit-  
imus quate-  
nus recipiav-  
conditionem.

iureque clarissimo nixa, nunc purè nunc sub conditione beneficia resignati. part. 3. praxis beneficialis. tit. de resignat. in princ. qualem conditionalem resignationem contextus omnes nostri superiores in permutationibus beneficialibus clarissimè probare creduntur. Et verò si regulæ huic iuris in his permutationibus beneficialibus esset locus, omnino sequeretur ut resignationes ex causa permutandorū beneficiorum factæ nullius planè forent momenti per cōditionis expressiohem, cùm conditio legitimos actus omnino vitiet, ita videbitur ut nihil agatur. d.l. actus legitimi. in princ. & in ipso fine. Quis autem tam stupidus vñquam fuit ut resignationes beneficiorum permutandi causa factas existimaret esse nullas, contrà clarissimos iuris hac de re multiplicis à nobis hactenus explicati cōtextus? Alio præterea nos impetrunt ariete qui nouam collationem requirunt; aiunt enim, resignationes beneficiorum non esse capaces vllarum vel conditionum vel pactionum propter Simoniae labem quæ alioqui contraheretur. c. vlt. de pactis. At locus ille de pactis illicitis & iure prohibitibus est intelligendus; tractatus autem de permutandis beneficiis iure permissus est, vt abundè demonstrauimus inter superiora; resignationes autē ex causa permutationis, cum adiectione expressa clausulæ nee aliter nec alias nec alio modo, passim iure probantur; id quod meræ conditionis esse putatur. Nam quod Selua scribit in suo tractatu de beneficio

318

*Quæ pacta  
resignationi-  
bus adiçere re-  
tine posint.*

part. 3.

part. 3. quæst. 25. num. 5. sub finem. vertic.  
nec obstat. resignationem beneficiorū ex cau-  
sa permutationis conditionalem duntaxat esse  
respectu collatoris ordinarij, eò quòd alteri  
quām permutantibus ipsis conferre nequeat,  
non autem respectu ipsorum permutantium,  
certè friuolum & ineptum esse deprehenditur  
ex eo quòd ius ipsum permutantibus permit-  
tat etiam resignationem ex causa permutationis,  
& non tantūm resignationem simpliciter  
& purè faciendam. D. Clementina vnic. de  
rer. permut. Multos tamen huius opinionis  
contrariae recenset authores idem Selua, sed  
falso fortasse nixos fundamēto vacationis qua-  
si simplicis ac purę quę simplex omnino pura-  
quę nō est. Adfertur tertiu pro contrà sentien-  
tibus argumentū tale: secundum iura ciuilia si  
permutatio non impleatur, aduersus non im-  
plētem cōpetit implenti condictio. l. natura-  
lis. in princ. vers. sin autem. π. de præscript.  
verb. & in fact. act. qua de re plusculum dixi-  
mus ad Capit. cùm vniuersorum. in princ. Ne-  
mo autē rem suam condicere potest nisi à fute.  
l. vlt. π. fruct. quemad. cau. iuncto. §. sic itaque  
discretis. instit. de Act. Vnde sequi videtur ut  
res in permutationem data verè desierit esse  
in dominio permutantis etiamsi compermu-  
tans vicissim non impleat neque seruer vel  
tueatur permutationem; ac proinde nouam  
requiri in proposito collationem. Sed faci-  
lis est ad hoc argumentum responsio: nam  
quod proditum est, rem suam neminem nisi

l v futi

319  
Conditiona-  
lem esse per-  
mutationem  
beneficiale  
quoad omnes  
cōtra Selua.

320  
Conditiona-  
quomodo sit  
opus permu-  
tatione per  
al. erum non  
impleta.

321

furi condicere posse, nihil aliud sibi vult quam neminem rem suā sibi dari petere posse; quod enim nostrum est amplius nostrum fieri. iamplius dari non potest. d. §. sic itaque discretis, verūm condicō quæ competit ex causa permutationis vel non impletæ vel non seruatæ seu non defensæ nullo modo tendit ad dādum sed ad restituendum. d. vers. sin autem. l. naturalis. π. de perscript. verb. id quod iurisconsultus illic apertissimè docet dum de cōdicente ex causa permutationis non impletæ sic loquitur, *vel si meum recipere velim, repetam quod meum est, quasi obrem datum, re non secuta.* Similiq̄e modo loquuntur Imperatores in casu non impletæ permutationis omnino similis in. l. quoniam adseueras. C. de rer. permūt. quo loco rem. i. fundum restitui iubent, idque conditionis, (vt aiunt) ratione; conditionem intelligētes tacitam quæ permutationi temper inest. Quod autem tali condicō sit locus etiam noītris in rebus, probat euidenter iurisconsultus in. l. 4. §. vlt. π. de reb. credit. vbi debitor soluta pecunia rem suam pignori datam condicere potest; quem tamen rei suæ dominium durante pignore non amisisse certissimum est. Ac in aliis quidem rebus permutandis contingere potest vt etiam vera stricteque sumpta condicōne sit opus illi qui rem suam dedit vt res alia vicissim sibi daretur quæ tamē minimē debatur; vt pote si res illa iam per alterum compermutantem alteri data restitui non possit, eò quod alter qui accepit eam vel

corru-

corruiperit vel alioqui labefactat vel in nihilum fortè redegerit: quo casu nihilominus res condicetur ut præstetur eius æstimatio, quod erit propriè dare non autem restituere, quod incommode nequit in beneficijs accidere, utpote quæ semper extant & cum sua conditione transeunt in quosunque possessores acque detentores. d.c. cùm vniuersorum. de rer. perm. Cæterum ut maximè daremus iure ciuili res permutas purè simpliciterque citra conditionem villam, transire in dominium accipientis, quod quidem dominium non impleta per alterum permutatione restituendum sit conditione causa dati causa non secuta, d. vers. sin autem. nihil tamè impediret quo minus in beneficiis ecclesiasticis permutadis omnia sint ac maneāt æquitatis intuitu merè conditionalia potius quam sub modo facta propter clausulam nec aliter nec alias nec alio modo siue per ipsos permutates expressam siue tacite semper intellectam. Probatur item hæc de non requisita noua collatione sententia per argumentum à minori ad maius ex cap. si beneficia de præbend. in 6. vbi liberè reuertuntur ad sua beneficia quantumlibet omnino dimissa & alteri iam collata hi quibus beneficia Pontifici reseruata fuerat per ordinarios collata, cùm reseruationem ignorantem acceptationis tempore, dummodo sine difficultate talia beneficia reseruata dimiserint simulatq; resciuerint ea fuisse reseruata & aliis per Pon-  
tificem collata. Cui arguento non idoneè  
respon-

322  
Ad beneficia  
dimissa libe-  
re non in-  
quā rediri.

172      *De Sat. permut. benefic. iure.*  
respondeat Selua. nam si simpliciter dimissa  
simpliciterque collata iam aliis, ipso iure pos-  
sint recuperari, nempe citra nouam collatio-  
nem, longè iustius ita recuperari poterunt be-  
neficia non simpliciter sed ex causa permuta-  
tionis resignata. Neque magnum pódus est in  
eo quod Rebuffus in tractatu suo de pacificis  
possess. num. 147. & seq. sic scribit, beneficia  
tantum dimissa facilius recuperari quam be-  
neficia resignata; quandoquidem postquam col-  
latio fuit iam alteri facta, redeudi facultas tam  
difficilis immo difficilior meritò debet esse  
simpliciter dimittētibus quam resonantibus  
**ex causa permutationis.** Quid autem vel miru-  
vel nouum si quis ad beneficium suū sine no-  
ua collatione redeat non impleta permuta-  
tione, cùm ex consuetudine seniores Canonici  
beneficia consequantur noua per optionē so-  
lam sine collatione prorsus villa? c. vlt. de cō-  
suet. lib. 6. nihilominus tamen haud inficior  
quin tutius omnino sit vel collationē nouam  
accipere, prout Auditores Rotæ in p̄dicta  
decisione vlt. volunt, vel saltem cum ordina-  
rij consensu ad beneficium suum redite; qualis  
consensus loco collationis haberi solet in be-  
neficijs permutatis iuxta Staphileū in suo tra-  
ctatu de literis grat. & iustit. fol. 63. editionis  
Venetæ; quod & per eandem decisionē Rotæ  
vltimam de rer. permut. in antiq. adnotatum  
fuit. Facilius tamē procul dubio rediri poterit  
ad pristinum beneficium quantumlibet resigna-  
tum, si collatio nondū fuerit alteri cōpermu-  
tanti

323  
*Sine colla-  
tione prorsus  
villa nouam  
subinde queri  
beneficium.*

324  
*Consensus  
quandoque  
vīm collatio-  
ni habet.*

tanti facta, vel altero permutationem non im-  
plete, quām si semel utrīusq; permutatione  
fuerit impleta quē postea propter euictum aliun-  
de beneficium alterum reddatur in fructuosa  
compermutanti. Iuuari nonnullis videtur hæc  
sententia per illam Cancellariæ Regulam quæ  
permutationibus beneficialibus hanc vult in-  
seri clausulam, *Quod neutri permutantium ius*  
*acquiratur nisi quilibet ipsorum ius habeat in be-*  
*neficio per ipsum resignato.* quod & antiquus e-  
iusdem Regulæ Glossographus adnotatum re-  
liquit. nam si beneficium ex causa permutatione  
nis acceptum euincatur, nihil in eo Iuris ha-  
buisse videtur is qui resignauerat, & per con-  
sequēs neque ius aliquod acquisiuisse in alte-  
ro beneficio quod vicissim pro suo recepit.  
Sed ista ratio parum videtur habere momenti,  
cūm in pari causa non iuris, melior sit condi-  
tio possidentis; quandoquidem nec is qui be-  
neficium verè suū resignauit semel, ius domi-  
nij vel proprietatis in eo poterit amplius ha-  
bere, modò pura fuerit permutatione. Verū  
nos hactenus in permutationibus omnibus  
conditionalē defendebamus esse resignationē,  
conditionalē vacationem, conditionalē col-  
lationem, conditionalia deniq; omnia. Quam  
tamen defensionem nostrā, potius in utramq;  
partem disputandi, quām seriō resoluēdi gra-  
tia factam videri volumus. Etenim post argu-  
menta partis utriusque ad apices iuris reuoca-  
ta, cōformius esse videtur subtilitatibus iuris,  
ac etiam verius, omnem permutationem siue  
bene-

325  
Clausula per  
mutationi-  
bus inseri so-  
luta per Pont.  
iuxta Regu-  
lam Cæcil.

326  
Cōditionales  
non esse per-  
mutationes  
beneficiorū,  
sed sub mo-  
do ideoq; no-  
nām requiri  
collationem.

beneficiorum siue rerum quarumlibet aliarum ex natura quidem sua non esse conditionalem, sed sub modo tantum; nisi conditio quæpiam expressa per ipsos permutantes fuerit adiecta, nam conditiones alioqui tacitæ quæ duntaxat extrinsecus insunt, non faciunt ut vel contra-  
ctus vel dispositio propterea vel dicatur vel sit cōditionalis. l. quæ extrinsecus. 99. π. de condit. & demonstr. l. cūm illud aut illud. 25. §. 1. π. quand. dies leg. vel fid. cedat. Vnde consequens est, in quæstione proposita nouam re vera collationem requiri, vel certè consensum talem superioris qui sit instar collationis. Neque verò clausula salutaris hæc *nec aliter nec alias nec alio modo* conditionem facit ullam, sed simplicem duntaxat modum; siue fuerit inter permutantes ipsos expressa talis clausula, siue per se semper intelligatur ex natura permutationis. arg. totius tituli de condit. causa dati causa non sec. & l. quibus diebus. 40. in fine. & l. à testatore. 109. π. de condit. & demonstr. & omnium clarissimè & evidentissimè. l. cūm precibus. C. de rer. perm. quæ do-

<sup>327</sup> *Dominiū ex causā permuta-*  
*tionis trans* <sup>328</sup> *alter nondum impleuerit permutationē;*  
*si modò fides de implenda tandem permuta-*  
*tionē fuerit alteri per alterum habita, prout ab*  
*ter trāsferri.* *interpretibus locus ille meritò limitatur ex §.*  
*venditæ. Instit. de rer. diuis. adeò ut si rem il-*  
*lam iam alteri cuiquam vendiderit idem com-*  
*permutans, nec impleat permutationem, alter*  
*tamen*

tamen rem illam semel datam nequeat ab em-  
ptore illo recuperare. Quod argumentū præ-  
ter alia multa fortiter contra superiorem sen-  
tentiam premit & meritò premit Egidius de  
bellamere in suo tractatu de permutatione  
beneficiorum part. II. quæst. 3. Cur igitur à  
tertio beneficium recuperatur in c. cùm vni-  
uersorū de rer. perm. ? Quia vel fraudis fue-  
rat ibi particeps ille tertius , vel in subsidium  
præualet æquitas in beneficiis à quocunq; de-  
tentore recuperandis. c. proposuit. de con-  
cess. præbend. Nec obstat huic sententia d.  
cap si beneficia de præbend. in 6. quia præ-  
ter dimissionem beneficij simplicem sine resi-  
gnatione prorsus vlla , simul interuenit illic  
error facti ( nempe reservationis Pontificiæ )  
quem constat non debere cuiquam nocere. l.  
error facti. n. de iur. & fact. ignor. Quid au-  
tem sine collatione prorsus vlla subinde bene-  
ficium senioribus obueniat per optionem so-  
lam , d. c. vlt. de consuet. in 6. sola consuetu-  
dinis ( quæ lex est non scripta ) facit vis &  
authoritas ; ideoque nec à permutantibus in con-  
sequentiā trahi debet. Attamen ut vt sit , vel  
utramlibet in hac quæstione sententiam sequi  
quis maluerit , intelligendum necessariò cuili-  
bet est , non semper nec indifferenter ad bene-  
ficium suum rediri posse si non impleatur ipsi  
permutatio , sed limitibus quibusdam certis

<sup>328</sup>  
*Cur contraria  
tertium pos-  
sit agi in cap.  
cùm vniuer-  
forum.*

<sup>329</sup>  
*Respondeatur  
arg. in cons.  
trarium pre-  
cipuis.*

<sup>330</sup>  
*Limita-  
tiones quibus  
fit ut ad be-  
neficia pri-  
stina redire  
nequeat.*

quantum sufficiat ad præscriptionem, sed quis ad beneficium pristinū redire conaretur. Verū quidnam dicemus de quæstione pereleganti non ita pridē nobis proposita de conditionibus quibusdam non impletis? permutatio beneficiorum legittimè completa fuerat, interueniente nimirum beneficiorum hinc inde resignatorum collatione per ordinarium collatorem, nec vlla per quemquam euictione secuta; sed conditio tantum quædam creandæ pensionis, de qua conuenerat propter inéquilitatem fructuum, non implebatur, siue pars debitrix illam pensionem creari non curasset (id quod in se tamen receperat) siue non potuerit impetrare à summo Pontifice ut ita quemadmodum conuenerat crearetur; interim tamen ex mera gratia liberalitateque necessitatibus & in opia pensionarij succurrebat promissor: tandem propter non impletam pensionis creandæ conditionē, voluit ad suum redire beneficium pensionarius ille, non oblatā beneficij vicissim accepti restitutione, vt qui iam illud an alium transtulisset. Quærebatur an ad suum iure redire posset. Ac respondebamus, non posse, nam licet vel non impleta per alterum permutatione beneficiali, vel alioquin euicto post impletionem beneficio, redire possit alter ad suum beneficium, tamen si hoc quod est in beneficiis permutedis principale semel fuerit ac maneat impletum (beneficiis videlicet ipsis hinc inde resignatis & collatis & pacificè possessis nec euictis) propter

folas

<sup>331</sup>  
*An propter  
non solutam  
pensionēredi-  
ri pos̄it ad  
beneficium pri-  
stinum.*

solas quasdam leges extrinsecas non impletas ad restituendum beneficium nequit agi, sed ad huiusmodi leges implendas duntaxat; præsertim si beneficium vicissim acceptum nō restituatur nec offeratur. Et generaliter quidem tradere videtur Baldus ad l. si pecuniam. vers. si autem unus impleuit, sed alter incepit neque tamen consummauit. π. de conditione causa

332  
An in genere  
propter con-  
ditiones ali-  
quas extrin-  
secas nō im-  
pletas reden-  
tur ad bene-  
ficiam pristi-  
nus.

dati causa non sec. pœnitentia non esse locum in permutationibus quando ex una parte totum est impletum & ex altera parte saltem aliquid est impletum circa partem permutationis intrinsecam, si pœnitentia talis alteri parti damnum esset allatura. quod pleniū ibidem luculentiusque prosequitur Bartolus aliique DD. nostri. Quæ tamē doctorum nostrorum traditio satis mihi suspecta videtur in casum quo permutans ille qui ad suum beneficium vult redire propter non impletam pensionis creandæ conditionem, beneficium ab altero acceptum restituere paratus est & offers: nam siue sint extrinseca siue sint intrinseca quæ restant implenda, si non impleantur, certum est conditionem. i. legem seu modum permutationis defecisse, ideoque per consequens tanquam permutatione non impleta liberum esse reuerti per vias competentes ad beneficia pristina. Sed horum satis: dicamus nūc pro coronide paucula quædam de triangularibus istis beneficiorum permutationibus.

m D E

DE TRIANGVLO NON  
mathematico sed beneficiorum  
permutatorio.

333  
Permutatio  
triangularis  
an licita sit.

**M**irus quidam fuit inuentus & hoc nostro venit in usum seculo triangulus non mathematicus at beneficiorum permutatorius; canonibus nostris, quin & interpretibus ipsis antiquioribus omnibus hactenus ignoratus & incognitus. exempli causa; placuit inter A & B & C beneficiarios (Annam, Barabam, & Caipham) ut ex causa permutationis beneficia singuli sua resignarent, ita ut B consequeretur beneficium illius A & C consequeretur beneficium illius B & A denique consequeretur beneficium illius C. Quæ triangularis ob id nominatur permutatio, quod personarum trium diuersarum beneficia veniant in contractum, quarum tamen illa persona quæ dat nihil vicissim accipit ab ea cui dat sed ab alia. Quadrangularis appellanda permutatio, si quattuor diuersarum personarum permutantium interuenirent beneficia; sicque deinceps. Quæritur an ita recte fiat beneficiorum permutatio. Pro permutatione tali facit, quod licet accipiēs alienum beneficium vicissim non reddat eidem beneficium suum, tamen alteri reddat ex eiusdem abs quo nouum accepit voluntate. Sed contra permutationem talem facit, quod in omni permutatione quædam reciproca requiratur inter ipsos dantes & accipiētes datio, sic videlicet & ut mea res tua fiat, & vicissim tua res mea fiat; id quod in isto vcl

trian-

triangulo vel quadrangulo non est. Cui quæstioni priusquam respondeamus, & ut commodius respondeamus, opere preicum fuerit præmittere quæstionem non omnino dissimilem à veteribus nostris Interpretibus tractatam, quid si nimis sic beneficia permuteamus ut meū beneficiū tu accipias, tuum verò beneficium non ego vicissim recipiam, sed alius tertius, nepos fortè quispiam vel amicus meus omni beneficio destitutus vel qui aliqui vicissim nullum beneficium reddat? Ac respondit quidem Ioan. Andreæ ad c. vnic. de rer. permuat. in 6. num. 2. talem permutationem fore Simoniacam nec ad Bonifacianam pertinere. quod idem secutus est Petrus Ancharanus in d. c. vnic. de rer. permuat. in 6. notabili suo 3. propter masculam hanc rationem quod ipsi met inter se permutantibus & non aliis beneficia propter permutationē resignata conferri debeant. Senensis item tribus verbis in ipso met fine sui tractatus de permuat. Ioannem Andreæ laudat huius opinionis auctorem; non esse videlicet permutationem, si in eum beneficium resigno ut illud habeas tu, atque tuum detur meo nepoti, nec mirū sanè; quia nihil hinc inde proficiscitur à dante ad accipientem, sed tertio cuidam datur qui permutationis ipsius prætensæ nullo modo fuit vel author vel pars contrahens. Verùm quæstio nostra seu casus noster ponit omnes hos tres inter se contrahentes, & aliud beneficium pro suo accipientes quidem, sed nō hinc inde,

m ij hoce st,

334  
Questio Do-  
ctorum non  
omnino dissimilis de dan-  
do vicissim  
beneficio ali-  
cui tertio non  
compernu-  
tanti.

hoc est, ab eodem cui quisque suum cessit.  
*Quidnam dicemus?* Evidem non video quā possit vlla isthic agnoscī permutatio, cūm nulla sit inter ipsosmet accipientes atque dantes mutua seu reciproca seu hinc inde datio, sine qua permutatio nomen suum tueri nequit; vt apertissimè liquet ex omnibus & singulis tum legibus tum capitulis totius tituli Pandectarum & Codicis & Decretaliū & Sexti & Clementinarum de rer. permutat. Quamobrem cūm omnes pactiones beneficiales extra causam canonicae permutationis procul-dubio sint prohibitæ tanquam simoniaca, c. vlt. de pact. & c. super eo. de trans. & ibi post Glosographum plerique DD. nostri, iuncto c. ex parte N. cum gloss. 2. de offic. & potest. iud. delegat. consequens est ut isti seu trianguli seu quadranguli Simoniacos efficiant & includant ac inuoluant. accipitur enim per tales permutationes triangulares vel quadrangulares beneficium nouum, non ex causa veræ permutationis, at pro mera gratificatione proque meritis officiis hinc inde præstandis, quasi muli mutuum scabentibus, cūm tamen obscurum non sit, Simoniam non minus committi per interuentione vel obsequiorum vel officiorum vel pactionum quarumlibet etiam pecuniis non æstimabilium, quām per interuentione pecuniarum: qua de re luculenter Nauarus in suo Manuali Confessariorum cap. 23. num. 100. illatione 2. vers. posterioris generis. ratione simul hac reddit, quod in his & similibus

335  
*Simonia posse committi etiam sine pecuniarū vel rerum pecunias estimabilium inter uentione; & quidem spiritualibus datis pro spiritualibus.*

libus casibus detur vel relinquatur ius aliquod spirituale cum onere faciendi quipiam per accipientem, quasi in pretium vel pro pretio rei spiritualis; id quod iure multiplici prohibetur; adeo ut & vera duorum permutatio beneficij cum beneficio .i. rei spiritualis cum spirituali, censeatur atque sit Simoniaca si solos inter contrahentes autoritate fiat propria, sicut inter superiora docebamus ad c. cum olim. Quis autem non videt in permutationibus istis triangularibus vel quadrangularibus beneficium sic alteri cuiquam ab altero dari seu relinquiri ut is vicissim teneatur ac obligetur gratificari certo cuiquam tertio simul compermutanti? Dixerit fortasse quispiam; frustra fieri per plura quod fieri potest per pauciora: duabus autem permutationibus in casu propositæ questionis rectè beneficia tribus istis compermutantibus obuenire posse; si nimirum prius A & B inter se soli permutent, ac deinceps A rursus & C inter se soli, vel ordine verso, prius A & C, ac deinceps C rursus ac B. Quidni ergo fiat id vnicā permutatione triangulari? respondendū est, in contractu illo geometrico veras interuenire permutationes duas, in contractu autem isto triangulari vnicō nullam reuera esse permutationem. atqui cōventiones & pactiones omnes beneficiales, excepta sola permutationis causa, sunt Simoniacæ secundum superius memorata. Qua verò tandem de causa, putas, inter se duos soli non permutatūt prius, ac deinceps alter solus cum

m iij      tertio?

336  
Triangulus  
quomodo sit  
Simoniaca.

337  
Cur vnicā  
permutatio-  
ne triāgulari  
nequeat fieri  
quodrecte fit  
permutatio-  
nibus veris  
duabus.

338  
Vbi lateat  
bic anguis in  
herba.

tertio? certè non alia de causa quām quod an-  
guis in herba lateret nec alter alterius benefi-  
cium vel breuissimo momēto habere seu po-  
tuerit seu voluerit; ideoque vias obliquas am-  
bo per triangulum quæsuerint, ut per adhibi-  
tionem & interuentione tertij vel etiam  
quarti compermutantis negotium conficer-  
tur quod regia via confici non potuit. quales  
artes à recta & canonica seu legittima benefi-  
ciorum adipiscendorum ratione debent esse  
remotissimæ, ne vitiosus ad functiones ec-  
clesiasticas detur ingressus. Quid igitur, si  
permutationes tales triangulares approbaue-  
rit & admiserit ordinarius collator, & bene-  
ficia secundum eas resignata contulerit? Nihil  
egerit, opinor, ordinarius conferendo; cùm  
talis admissio non sit in ipsius potestate, non  
magis quām admissio resignationis in fau-  
orem de qua differuimus ad c. cùm olim. Qui-  
bus consequens est, ut huiusmodi beneficia  
sic resignata, quinimmo & collata, ut ac tan-  
quam propter Simoniam vacantia, neq; cum  
permutatione quicquam commune habentia,  
recte possint ab exspectantibus Pontificiis vel  
aliis quibuslibet impetrari: quemadmodum  
de quæstione sua modò proposita responde-  
bat Ioannes Andreæ; cæteris omnibus inter-  
pretibus qui post illum scripserunt idem sen-  
tientibus; ac inter cæteros, Dominico Gemi-  
niano in d.c.vnic.de ret.permut.in 6.quæst.2.  
& Petro Andrea Gammaro in tractatu suo de  
permut. beneficiorum part. 2. num. 56. &

*ib Coll. Soc. Iux Paderb. a. 1610.*

339  
Quid si colla-  
tor ordina-  
rius admis-  
serit permuta-  
tionem trian-  
gularem?

*Comment. in Clem. vnic. de rer. permut.* 183

Panormitano ad c. cùm vniuersorum. num. 5.

Philippo franco in d. c. vnic, de rer. permut.

in 6. num. 3. Nec facit ad rem quod adfereba-

tur pro validitate talis permutationis; tertio

scilicet huic ex voluntate compermutantis

dari; quia talis voluntas extra causam permu-

tationis est improba, cùm beneficia non ex

voluntate possessorum quasi successionis quo-

dam iure sed ex canonum dispositione de-

pendcant.

340

*Respondetur*

*ad arg. pro*

*tali permu-*

*tatione alla-*

*tum.*

FINIS.







UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





Th  
4730

